stitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt saepe formidines; denique etiam morati melius erimus, cum didicerimus, quid natura desideret. Tum vero, si stabilem scientiam rerum tenebimus, servata illa, quae quasi delapsa de caelo est ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia iudicia rerum diriguntur, nunquam ullius oratione victi sententia desistemus. Nisi autem 64 rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum iudicia defendere. Quicquid porro animo cernimus, id omne oritur a sensibus, qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognosci et percipi; quos qui tollunt et nihil posse percipi dicunt, hi remotis sensibus ne id ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt. Praeterea sublata cognitione et scientia tollitur omnis ratio et vitae degendae et rerum gerendarum. Sic e physicis et fortitudo sumitur contra mortis timorem et constantia contra metum religionis et sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratone sublata et moderatio natura cupiditatum generibusque

Tum vero, si stabilem sc. cet.] Epic. sagt am Ende seines Briefes an Herodotus Diog. L. X, 83: ταυτιά σοι, ὦ Ἡρόδοτε, ἔστι κεφαλαιωδέωτα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτεμημένα ὥστε ἂν γένοιτο οὗτος ὁ λόγος δυνατός καὶ κατασχεθεῖη μετὰ ἀκριβείας, οἶμαι, ἂν μὴ καὶ πρὸς ἅπαντα βωδίσῃ τις τῶν κατὰ μέρος ἀκριβομάτων, ἀσύγκριτον αὐτὸν πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἀδρότητα λήψασθαι κτλ.

regula] Diog. L. X, 27: περὶ κριτηρίου ἢ κερῶν. de nat. deor. I, 16, 43 sagt Velleius: ex illo coelesti Epicuri de regula et iudicio volumine.

64. qui si omnes veri erunt] vgl. zu c. 7, 22. de nat. deor. I, 25, 70. quos qui tollunt] sehr kurzer Ausdruck „die Richtigkeit oder Zuverlässigkeit der sinnlichen Wahrnehmung leugnen“ (vgl. § 72. se in astris contere); es sind die Akademiker gemeint, von denen Cic. acad. II, 14, 44 den Lucullus sagen lässt: Sin autem negabunt

vera visa a falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi. Epic. κέρ. δόξ. 24. Diog. L. X, 146: Εἰ μάχη πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐχ ἕξεις οὐδ' ἄς ἂν αὐτῶν φῆς διειπεύσθαι, πρὸς τί ποιούμενος τὴν ἀναγωγὴν κρίσης.

hi remotis cet.] hi mit den vatic. Handschriften nicht ii, da bestimmte Leute, die Akademiker, gemeint sind.

Sic e physicis cet.] Der erste Satz bis expositis entspricht dem was im vorigen § über den Nutzen der Physik gesagt ist, der zweite et, ut modo — traditur, dem, was dort von der regula gesagt ist. Regula ist der Ablativ, vgl. de or. I, 58, 247: putabam virtutem hominibus (si modo tradi ratione possit) instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi; „durch die regula und das von eben dieser regula festgestellte Urtheil (Singular), wie wir sagen: „ein festes, gebildetes Urtheil haben, die Fähigkeit, aus der die einzelnen richtigen Urtheile hervorgehen vgl. § 63:

earum explicatis et, ut modo docui, cognitionis regula et iudicio ab eadem illa constituto veri a falso distinctio traditur.

Restat locus huic disputationi vel maxime necessarius de 20  
amicitia, quam, si voluptas summum sit bonum, adfirmatis 65  
nullam omnino fore; de qua Epicurus quidem ita dicit, omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. Nec vero hoc oratione solum, sed multo magis vita et factis et moribus comprobavit. Quod quam magnum sit, fictae veterum fabulae declarant, in quibus tam multis tanque variis ab ultima antiquitate repetitis tria vix amicorum paria reperiuntur, ut ad Orestem pervenias profectus a Theseo. At vero Epicurus una in domo, et ea quidem angusta, quam magnos quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges! quod fit etiam nunc ab Epicureis. Sed ad rem redeamus: de hominibus dici non necesse est. Tribus igitur modis video esse 66  
a nostris de amicitia disputatum. Alii, cum eas voluptates, quae ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tam

regula ad quam omnia iudicia rerum diriguntur) wird gelehrt“ u. s. w.

ab eadem illa] mit den Handschriften, eadem: die eben genannte; illa: die bekannte, berühmte; so die beiden Wörter verbunden in Verr. Act. I, 8, 23. Act. II, 1, 21, 56. III, 36, 83. u. ö.

Cap. XX. Von der Freundschaft, welche die Epicureer sehr hoch schätzen, als unzertrennlich von dem höchsten Gute, wie sie auch durch ihr geselliges Leben beweisen, während die Gegner behaupten, die epic. Lehre führe zum Egoismus, bei dem keine wahre Freundschaft bestehen könne.

65. locus] vgl. c. 3, 9. II, 27, 85. de off. I, 19, 65. de nat. deor. II, 30, 75. vel maxime necessarius] Kr. § 543 A. 3. affirmatis nullam omn. fore] vgl. Lael. 9, 32.

de qua Epicurus] κέρ. δόξ. 28. Diog. L. X, 148: Ὡν ἡ σοφία παρασκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἢ τῆς φιλίας κήσης.

vita et factis] Diog. L. X, 9: τοῦ δ' ἀνδρός μάρτυρες ἱκανοὶ τῆς

ἀνυπερβλήτου πρὸς πάντας εὐγνωμοσύνης κτλ. vgl. II, 25, 80. tria vix amic. paria] vgl. Lael. 4, 15. Plut. de amic. mult. 2: κατὰ ζεύγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Πειρίθου, Ἀχιλλεὺς καὶ Πάτροκλος, Ὀρέστης καὶ Πυλάδης, Φιντίας καὶ Λάμων, Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας.

ut — pervenias] so dass man zum Orestes kommt, wenn man von Theseus anfängt (u. dann ist man am Ende).

una in domo] Haus und Garten (horti Epicuri V, 1, 3.) im Demos Melite vermachte Epicur in seinem Testament (Diog. L. X, 17) dem Hermarchus und seinen übrigen Schülern als bleibende Stätte zum philosophiren; diese Güter verblieben auch der Schule (vgl. ad Att. XII, 23, 2) lange Zeit. C. erwähnt ad fam. XIII, 1 dass diesem Besitzthum durch die Baulust des C. Memmius Gefahr gedroht habe u. der Epic. Patro deshalb in Sorge gewesen sei.

amicorum greges] de or. I, 10, 42: philosophorum greges. Hor. epp. I, 4, 16. 9, 13.

expetendas, quam nostras expeteremus, quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiae vacillare, tuentur tamen eum locum seque facile, ut mihi videtur, expediunt. Ut enim virtutes, de quibus ante dictum est, sic amicitiam negant posse a voluptate discedere. Nam cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitas comparare, quibus partis confirmatur animus et a spe pariendarum voluptatum seiungi non potest. Atque ut odia, invidiae, despiciationes adversantur voluptatibus, sic amicitiae non modo faurices fidelissimae, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quam sibi, quibus non solum praesentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis ac posteritatis temporis. Quod quia nullo modo sine amicitia firmam et perpetuam iucunditatem vitae tenere possumus, neque vero ipsam amicitiam tueri, nisi aequae amicos et nosmet ipsos diligamus, idcirco et hoc ipsum efficitur in amicitia et amicitia cum voluptate conecitur; nam et laetamur amicorum laetitia aequae atque nostra et pariter dolemus angoribus. Quocirca eodem modo sapiens erit adfectus erga amicum, quo in se ipsum, quosque labores propter suam voluptatem susciperet, eosdem suscipiet propter amici voluptatem; quaeque de virtutibus dicta sunt, quem ad modum eae semper voluptatibus inhaerent, eadem de amicitia dicenda sunt. Praeclare enim Epicurus his paene verbis: *Eadem, inquit, sententia confirmavit animum, ne quod aut sempiternum aut diuturnum timeret malum, quae perspexit in hoc ipso vitae spatio amicitiae praesidium esse firmissimum.* Sunt autem quidam Epicurei timidiores paulo contra vestra convitia, sed tamen satis acuti, qui verentur, ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare

66. quo loco cet.] gehört zum Vorhergehenden, denn „tamen tuentur“ bildet erst den Gegensatz zu „videtur — stabilitas amicitiae vacillare“. „Wenn Einige sagen — eine Behauptung bei der — zu wanken scheint — so vertheidigen sie doch etc.“ vgl. Grysar p. 96 f.  
monet — comparare] Kr. § 567 A. 2.

67. quam sibi] geht auf ein zu denkendes persönliches Subject, „für die Leute selbst“, vgl. II, 24, 78. Kr. § 407 A. 2.  
quod quia cet.] quod dient nur

zur Verknüpfung mit dem Vorhergehenden. de nat. deor. II, 9, 24. 37, 93. RH. § 212. c.

aeque et] vgl. IV, 27, 76. Hand. I, p. 190.

aeque atque] das. 192.

Epic. his paene verbis] κτλ. δόξ. 29. Diog. L. X, 148: Ἡ αὐτῆ γνώμη θαρσύνει τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν μηδὲ πολυχρόνιον καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὠρισμένοις ἀσφάλειαν φίλης μάλιστα κτήσεται δεῖ νομίζεν συντελουμένην. (So Zeller.)

69. claudicare] ähnlich wie oben

videatur. Itaque primos congressus copulationesque et consuetudinum instituendarum voluntates fieri propter voluptatem, cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum, ut, etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. Etenim si loca, si fana, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra, si exercendi aut venandi consuetudines admare solemus, quanto id in hominum consuetudine facilius fieri potuerit et iustius? Sunt autem, qui dicant foedus esse 70 quoddam sapientium, ut ne minus quidem amicos quam se ipsos diligant; quod et posse fieri intellegimus et saepe evenisse videmus, et perspicuum est nihil ad iucunde vivendum reperiri posse, quod coniunctione tali sit aptius. Quibus ex omnibus iudicari potest, non modo non impediri rationem amicitiae, si summum bonum in voluptate ponatur, sed sine hoc institutionem omnino amicitiae non posse reperiri.

Quapropter si ea, quae dixi, sole ipso industriora et clariora sunt, si omnia hausta e fonte naturae, si tota oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est incorruptis atque integris festibus, si infantes pueri, mutae etiam bestiae paene loquuntur magistra ac duce natura, nihil esse prosperum nisi voluptatem, nihil asperum nisi dolorem, de quibus neque depravate iudicant neque corrupte, nonne ei maximam gratiam

§ 66 vacillare; beide Ausdrücke verbunden de nat. deor. I, 38, 107.

itaque] es ist dicunt zu ergänzen. Zur Sache: vgl. II, 26, 82. Plut. adv. Colot. 8: Ἐπικουροῦς φησὶν — καὶ τῆς ἡδονῆς ἕνεκα τὴν φίλων αἰρούμενος ὑπὲρ τῶν φίλων τὰς μεγίστας ἀλγηδόνας ἀναδέχεσθαι. si ludicra cet.] Cod. A. hat si ludicra und consuetudines, aber corrigirt ludicras; dies scheint consuetudines (Plur.) zu bestätigen und das an ludicra angehängte s dürfte wohl auf ein aufgefrischtes s von dem ursprünglichen si hindeuten. Ludicra als Subst. Hor. epp. I, 1, 10: cetera ludicra pono; 6, 7 u. bei Anderen, bei Cic. zwar nur adjectivisch. Vgl. II, 33, 107: ludi, venatio.

70. ut ne minus quidem am.] „auch nicht einmal weniger“ sondern „eben so sehr“. quidem nach Cod. A.

vgl. III, 21, 70. Ueber die Stellung Hand IV, p. 82.

et saepe evenisse videmus] die Handschriften scheinen alle et saepe enim videmus zu haben, was aber keinen Sinn giebt. Halm conjicirt sehr gut: et saepe evenire videmus, offenbar nach II, 26, 83, wo in der ganz ähnlichen Stelle et saepe esse factum steht; danach ist es aber noch natürlicher hier evenisse zu schreiben.

Cap. XXI. Man sei dem Epicur also den grössten Dank schuldig, dass er den rechten Weg zu einem glücklichen Leben gezeigt hätte, u. er hätte sich durch seine auf das practische Leben gerichteten Studien viel mehr als ein eruditus gezeigt, als diejenigen, welche sich mit Litteratur, Musik etc. beschäftigten.

71. incorruptis cet.] vgl. 9, 30.

habere debemus, qui hac exaudita quasi voce naturae sic eam firme graviterque comprehenderit, ut omnis bene sanos in viam placatae, tranquillae, quietae, beatae vitae deduceret? Qui quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae vitae discipli-  
72 nam iuvaret. An ille tempus aut in poetis evolvendis, ut ego et Triarius te hortatore facimus, consumeret, in quibus nulla solida utilitas omnisque puerilis est delectatio, aut se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret, quae et a falsis initiis profecta vera esse non possunt et, si essent vera, nihil adferrent, quo iucundius, id est quo melius viveremus. — eas ergo artis persequeretur, vivendi artem tantam tamque operosam et perinde fructuosam relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, quae pueros non didicisse turpe est, ea putant usque ad senectutem esse discenda. Quae cum dixisset, Explicavi, inquit, sententiam meam, et eo quidem consilio, tuum iudicium ut cognoscerem, quae mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam est data.

nullam erud. — nisi quae beatae etc.] E. fordert einen practischen Nutzen, wie Socrates: Xen. Mem. I, 2, 15.

72. vivendi artem] Sext. Emp. adv. Math. XI, 169. p. 578: Ἐπιχουρος

ἔλεγε τὴν φιλοσοφίαν ἐνέργειαν εἶναι λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιούσαν.

Non ergo Epic.] „Sonach ist E. wirklich nicht“ etc. Hand II, p. 446, 8.

## LIBER SECUNDUS.

Hic cum uterque me intueretur seseque ad audiendum significarent paratos, Primum, inquam, deprecor ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum, quod ne in ipsis quidem philosophis magno opere unquam probavi. Quando enim Socrates, qui parens philosophiae iure dici potest, quicquam tale fecit? Eorum erat iste mos, qui tum sophistae nominabantur, quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id

Cap. I—II, 5. Cicero beginnt seine Widerlegung damit, dass er bemerkt, es sei überhaupt besser über philosophische Fragen dialogisch zu verhandeln; zuerst müsse man aber jedenfalls durch Definition feststellen, was das sei, worüber man eine Untersuchung anstelle. Nun hätte Torquatus zwar eine Definition von *finis* gegeben, er möge jetzt aber auch den Begriff von *voluptas* definiren.

uterque — intueretur seseque — significarent] uterque construiert Cic. niemals mit dem Plur. Der Uebergang in den Plur. erklärt sich wie I, 5, 15 daraus, dass das Subj. im Verbum liegt u. schon früher bezeichnet ist, so auch bei vorhergehenden casus obliqui, c. 13, 43: Quae quod Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, ut — dicerent.

scholam — explicaturum] Unterrichts als Gegensatz zu dem was wir disputiren nennen; *schola* schliesst nicht den Begriff des Zwiegesprächs

aus, wie Tusc. I, 4, 7f., III, 34, 81. zeigt. Ein zusammenhängender Vortrag ist *perpetua oratio* (§ 2) im Gegensatz zu *interrogare aut interrogari* (I, 8, 29), oder *perpetua disputatio* (de or. II, 4, 16), *continens oratio* (Tusc. I, 8, 16). — Vgl. de div. II, 2, 6: philosophiam explicare.

Quando enim Socrates cet.] Plat. Apol. S. 12. p. 33, a: οὗς (Alcibiades u. Critias) οἱ διαβάλλοντες μέ φρασιν ἔμοῦς μαθητὸς εἶναι· ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πάποτ' ἐγενόμην. Xen. Mem. 2, 3: καλτοὶ γὰρ οὐδέπωποτε ὑπέσχετο διδάσκαλος εἶναι.

parens philosophiae] de nat. deor. I, 34, 93. de legg. I, 1, 5: Herodotus pater historiae. vgl. Tac. ann. I, 14.

sophistae] acad. II, 23, 72: sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus causa philosophabantur.

Leontinus Gorgias] nur ein Mal bei Cicero Gorgias Leontinus; de inv. I, 5, 7; sonst meistens nur Gorgias

est iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset. Sed et illum, quem nominavi, et ceteros sophistas, ut e Platone intellegi potest, lusos videmus a Socrate. Is enim percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, ut ad ea, quae ii responderent, si quid videretur, diceret. Qui mos cum a posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum revocavit instituitque ut ii, qui se audire vellent, non de se quaerent,

oder wie hier, selbst wenn bei andern Namen die Bestimmung folgt, Brut. 8, 30: Leontinus Gorgias, Thrasyachus Calchedonius . . . Hippias Eleus. G. lebte etwa zwischen 483 u. 375; über sein hohes Alter: Cat. m. 5, 13. Er war eigentlich Redner u. wollte nicht zu den Sophisten gezählt werden; 427 kam er als Gesandter seiner Vaterstadt Leontini nach Athen u. erwarb sich durch seine Vorträge einen solchen Beifall, dass man die Tage, an denen er sich öffentlich hören liess, als Festtage bezeichnete. Auch unterrichtete er für hohes Honorar, u. A. war Isocrates sein Schüler. Die Griechen sollen dem G. zu Delphi eine goldene Bildsäule geweiht haben. Vgl. de or. I, 22, 103. III, 32, 129.

*poscere quaestionem*] Tusc. III, 3, 7: poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. de or. I, 22, 102: quaestionem ponere. Plat. Gorg. I, p. 447, c: ἐκέλευε γούν νῦν δὴ (Gorg.) ἐρωτῆν ὃ τί τις βούλοιο τῶν ἐνθον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. *iubere dicere*] Cic. setzt nach *iubere* den Infin. Act. ohne Accus., wo das Subj. sich leicht ergänzen lässt oder bei dem Verbum finitum in demselben liegen und nicht besonders ausgedrückt sein würde. Brut. 4, 15: Illud Hesiodium — eadem mensura reddere iubet, qua acceperis. ad Att. XIII, 17: Tuae litterae — recte sperare iubent. de or. I, 22,

102: qui — dicere iuberent, si quis quid quaereret. de legg. I, 6, 19: legem, cui ea vis sit, ut recte facere iuberet, vetat delinquere. ad Att. XVI, 15, 5: desperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. vgl. Kr. § 569 A. 1.

*philosophos nostros*] die Academiker s. § 2. Acad. I, 4, 17: utrique (Acad. u. Peripat.) — illam Socraticam dubitantem de omnibus rebus et nulla affirmatione adhibita consuetudinem disserendi reliquerunt. 2. *lusos a Socrate*] Brut. 85, 292: apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum insecum fingit et rudem.

*si quid videretur*] sc. dicere. vgl. de off. I, 32, 118: qui imitatur, quos cuique visum est.

*Arcesilas*] aus Pitane in Actolien 316 — 241. Schüler des Perip. Theophrastus u. des Acad. Polemo; Nachfolger des Krates auf dem acad. Lehrstuhle und Stifter der zweiten Academie; besonders Gegner des Stoikers Zeno. Acad. I, 12, 45. A. negabat esse quicquam, quod sciri posset.

*instituitque, ut ii, qui se audire vellent, non de se quaerent*] in dem Absichssatz mit *ut* wird das Reflexivum gesetzt, bezogen auf das Subj. des Hauptsatzes; Tusc. V, 20, 58: (Dionysius) ab his ipsis (filibus) — ferrum removit, instituitque, ut candentibus iuglantium

sed ipsi dicerent, quid sentirent; quod cum dixissent, ille contra; sed eum qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Apud ceteros autem philosophos qui quaesivit aliquid tacet; quod quidem iam fit etiam in Academia. Ubi enim is, qui audire vult, ita dixit: Voluptas mihi videtur esse summum bonum; perpetua oratione contra disputatur, ut facile intellegi possit eos, qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire velle contraria. Nos commodius agimus. Non enim solum Torquatus dixit, quid sentiret, sed etiam cur; ego autem arbitror, quanquam admodum delectatus sum eius oratione perpetua, tamen commodius, cum in rebus singulis insistas et intellegas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi quod velis et ad exitum perveniri. Cum enim fertur quasi torrens oratio, quamvis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coëreas. Omnis autem in quaerendo, quae via quadam et ratione habetur, oratio praescribere primum debet, ut quibusdam in formulis EA RES AGATUR, ut, inter quos disseritur, conveniat quid sit id, de quo disseratur. Hoc positum in Phaedro a Platone probavit Epicurus sensitque

putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Ebenso in dem abhängigen conjunctivischen Relativsatze, wie in einem solchen Bedingungssatze; Ter. Andr. IV, 2, 4: orare iussit, si se ames, hera, iam ut ad sese venias. vgl. RH. Anm. 386. Kr. § 413 A. 2.

3. *commodius*] passender, zweckmässiger, besser. de off. II, 24, 87: de quaerenda — pecunia — commodius a quibusdam — viris ad Ianum medium sedentibus, quam ab ullis philosophis — disputatur. de leg. agr. III, 1, 1: Commodius fecissent tribuni pl., Quirites, si quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent. *cur*] vgl. de fat. 20, 46: Declinat, inquit, atomus. Primum cur?

*ad exitum*] zu einem Ergebniss, Resultat. or. 32, 116: nec recte disseri nec unquam ad exitum perveniri potest. de fat. 19, 44: quoniam utrique — ad eundem exitum veniant.

*in quaerendo*] gehört zu *praescribere debet*; *oratio* ist so an das Ende des Relativsatzes gestellt, dass es mit demselben eben so eng verbunden wird (*quae via habetur oratio*) wie mit dem Hauptsatze; bei verschiedenen Casus tritt das Hauptwort ganz in den Relativsatz, de legg. III, 5, 12: Haec est enim, quam Scipio laudat — temperationem reipublicae.

*via et r.*] vgl. I, 9, 29.

*ea res agatur*] juristische Formel. Brut. 79, 275: qua de re agitur — quod multis locis in iuris consultorum includitur formulis.

*ut inter quos diss. conv.*] vgl. I, 16, 50, de or. II, 60, 245: quae cadere possunt in quos nolis.

4. *in Phaedro*] c. 13. p. 237 b: περὶ παντός — μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλευέσθαι· εἰδέναι δὲ περὶ οὗ ἂν ἢ ἡ βουλή ἢ παντός ἀμαρτάνειν ἀνάγκη.

*probavit Ep.* — *negat cet.*] I, 9, 29 u. 7, 22.



in omni [disputatione id fieri oportere; sed quod proximum fuit non vidit: negat enim definiri rem placere, sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur; velut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Querimus enim finem bonorum; possumusne hoc scire quale sit, nisi contulerimus inter nos, cum finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam sit ipsum bonum? 5 Atqui haec patefactio quasi rerum operatarum, cum quid quid-que sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens utebare non nunquam; nam hunc ipsum sive finem sive extremum sive ultimum definiabas id esse, quo omnia, quae recte fierent, referrentur, neque id ipsum usquam referretur. Praeclare hoc quidem. Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses aut quod esset natura appetendum aut quod prodesset aut quod iuvaret aut quod liberet modo. Nunc idem, nisi molestum est, quoniam tibi non omnino displicet definire et id facis, cum vis, velim definias, quid sit voluptas, de quo omnis haec quaestio est.

6 Quis, quaeso, inquit, est qui, quid sit voluptas, nesciat, aut qui, quo magis id intellegat, definitionem aliquam desideret?

Me ipsum esse, dicerem, inquam, nisi mihi viderer habere bene cognitam voluptatem et satis firme conceptam animo atque comprehensam. Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire et in eo nutare, eumque, qui crebro dicat diligenter oportere

5. *patefactio*] Acad. II, 14, 44: cum-que ipsa natura accuratae orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam, quod non appareat.

*imprudens*] „unwillkürlich“. or. 56, 190: hic corrector in eo ipso loco — immittit imprudens ipse senarium.

*definiabas*] I, 12, 42.

*quod liberat*] „worauf“ od. „wozu man Lust hat“. Tusc. IV, 19, 44: nihil enim quemquam, nisi quod lubeat, praecclare facere posse. ad. fam. I, 7, 7.

*idem — definias*] „auch“. ad Q. fr. I, 3, 4: dedi litteras ad te — in quibus idem te hortor cet.

*Cap. II, 6 — V, 17.* Auf die Gegenbemerkung des Torquatus, es bedürfe wohl keiner Definition von *voluptas*, sagt C., Epicur scheine selbst keine genaue Definition davon

gehabt zu haben, da er unter *voluptas* bald die angenehme Erregung der Sinne verstehe, wie alle andern Menschen, u. dies das höchste Gut nenne, bald aber dies wieder in die Schmerzlosigkeit setze; es sei aber ein grosser Unterschied, indem die letztere in der Mitte liege zwischen *voluptas* u. *dolor*. Torquatus leugnet dann einen graduellen Unterschied zwischen *non dolere* u. *voluptas* u. C. sucht ihn mit dieser Behauptung in Widersprüche zu verwickeln.

6. *Quis, quaeso*] Allgemein ange-nommene Verbesserung v. Görenz, statt *quis quasi, quis quam* u. a. der Handschriften. „Ich bitte dich!“ in rhetorischen Fragen. in Verr. Act. I, 10, 28: quid est, quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est?

*in eo nutare*] de nat. deor. I, 43,

exprimi, quae vis subiecta sit vocibus, non intellegere interdum, quid sonet haec vox voluptatis, id est, quae res huic voci subiciatur.

Tum ille ridens: Hoc vero, inquit, optimum, ut is, qui 3 finem rerum expetendarum voluptatem esse dicat, id extremum, id ultimum bonorum, id ipsum quid et quale sit, nesciat!

Atqui, inquam, aut Epicurus, quid sit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt.

Quonam, inquit, modo?

Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens movetur et iucunditate quadam perfunditur.

Quid ergo? istam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? 7

Non semper, inquam, nam interdum nimis etiam novit, quippe qui testificetur ne intellegere quidem se posse, ubi sit

120; Democritus — nutare videtur in natura deorum.

*sonet*] ebenso von der Bedeutung de off. III, 21, 83: ut haec duo verba inter se discrepare, re unum sonare videantur. Da *sonare* meistens vom Klange gebraucht wird, so ist die Erklärung hinzugefügt.

*Hoc vero optimum*] ironisch. *ut is — nesciat*] „dass er nicht wissen soll“; der Acc. c. Inf. *eum nescire* würde heissen: „dass er nicht weiss“; da aber T. Letzteres keineswegs annimmt, sondern ausdrücken muss, dass Cicero eine solche Behauptung geltend zu machen beabsichtige, so steht *ut*. In diesen und ähnlichen angeblich vom lat. Sprachgebrauch abweichenden Stellen bezeichnet der Satz mit *ut* eine Annahme, nicht eine Thatsache. vgl. II, 33, 108. III, 13, 43. de nat. deor. I, 23, 63: De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere; „ich kann weder sagen, dass es Götter geben soll, noch dass es keine geben soll“; während es unmittelbar vorher § 62. heisst: id satis magnum argumentum esse dixisti, cur esse deos confiteremur. Jenes nach Protagoras Worten: Diog. L. IX, 51: περί μεν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἶθ' ὡς εἶσιν εἶθ' ὡς οὐκ

*εἶσιν* (Andere *οὐθ' — οὐθ'*), wo auch eine Construction mit dem Infinitiv nicht das Richtige ausdrücken würde. Lael. 4, 14. pr. Rosc. A. 41, 121. pr. Sull. 20, 57 u. 6. Vgl. RH. S. 555 u. A. 483. *aut Epicurus*] sc. *nescit* (nicht *scit* wie Era. Otto) vgl. nachher; istam voluptatem E. ignorat? „Entweder E. oder alle anderen Menschen verstehen nicht u. s. w.“

*sentiunt*] I, 3, 10. Lael. 5, 18: sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

*quam sensus accipiens*] das Part. Präs. von der Gleichzeitigkeit; „bei, während deren Empfangniss, Empfindung.“ Tusc. V, 15, 44: non sunt igitur ea dicenda — quibus abundantem licet esse miserrimum.

7. *quid ergo?*] vgl. V, 29, 89. Anders IV, 14, 36.

*istam] quam omnes esse sentiunt. nimis etiam novit*] „er kennt es nur zu sehr“; Spiel mit der doppelten Bedeutung „kennen“ u. „verstehen“.

*ne intelligere quidem cet.*] E. περί τέλους bei Diog. L. X, 5: Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω τὰ γὰρ ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων

aut quod sit ullum bonum praeter illud, quod cibo et potione et aurium delectatione et obscena voluptate capiatur. An haec ab eo non dicuntur?

Quasi vero me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quem ad modum ea dicantur, ostendere!

Ego vero non dubito, inquam, quin facile possis, nec est quod te pudeat sapienti adsentiri, qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus; nam Metrodorum non puto ipsum professum, sed, cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse; septem autem illi non suo, sed populorum suffragio omnium nominati sunt. Verum hoc loco sumo verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros; omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονήν, Latine voluptatem vocant.

Quid est igitur, inquit, quod requiras?

Dicam, inquam, et quidem discendi causa magis quam quo te aut Epicurum reprehensum velim.

Ego quoque, inquit, didicerim libentius, si quid attuleris, quam te reprehenderim.

Tenesne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius quid dicat esse summum bonum, quod putet omnia referri oportere?

καὶ τὰς διὰ μορφῆς. vgl. Athen. VII, 11. XII, 67. Tusc. III, 17, 41f. de nat. deor. I, 40, 111.

quasi vero] c. 6, 17.

pudeat] vgl. c. 10, 29.

quod sciam] „dass ich wüsste“; „so viel ich weiss“. vgl. c. 26, 82. Kr. § 614.

se — sapientem profiteri] vgl. Cat. m. 13, 43. Plut. non posse su. v. c. 18; von Epic. σοφὸν δὲ μηδένα φάναι πλὴν αὐτοῦ γεγονέναι.

Metrodorus] aus Lampsacus, der berühmteste unter den Schülern Epicurs, vgl. c. 28, 92. de nat. deor. I, 4, 113; Epicuri collega sapientiae. Ob die Geschichte wahr ist, kann, wie bei so manchen Anekdoten von Philosophen u. namentl. Epicur, zweifelhaft sein, da Seneca (ep. 52, 3) sagt: Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine ullius adiutorio exisse — quosdam indigere ope aliena, non ituros, si nemo praecesserit, sed bene secuturos;

ex his Metrodorum ait esse, egregium hoc quoque, sed secundae sortis ingenium.

septem autem illi] Griechenlands; übereinstimmend werden genannt Thales, Bias, Pittacus u. Solon; die übrigen drei werden verschieden angegeben. vgl. Zeller I, S. 82.

S. sumo] „ich nehme an“, „will annehmen“, vgl. III, 8, 27. IV, 19, 52. de nat. deor. I, 35, 98; tu enim sumebas, nisi in hominis figura rationem inesse non posse; sumet alius cet.

verbis his] „unter diesen (§ 7 angeführten) Wörtern verstehn.“

quam ceteros] Verschmelzung beim Acc. c. Inf. gewöhnlich, III, 19, 64. IV, 20, 56. Kr. § 666, 1.

reprehensum velim] vgl. I, 6, 21. didicerim] „ich möchte lernen“. Kr. § 457, 1.

Hieronymus Rhodius] in der Mitte des dritten Jahrhunderts v. Chr. Or. 57, 190; Peripateticus imprimis

Teneo, inquit finem illi videri nihil dolere.

Quid? idem iste, inquam, de voluptate quid sentit?

Negat esse eam, inquit, propter se expetendam.

Aliud igitur esse censet gaudere, aliud non dolere.

Et quidem, inquit, vehementer errat; nam, ut paulo ante 9 docui, augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio.

Non dolere, inquam, istud quam vim habeat, postea videro: aliam vero vim voluptatis esse, aliam nihil dolendi, nisi valde pertinax fueris, concedas necesse est.

Atqui reperies, inquit, in hoc quidem pertinacem; dici enim nihil potest verius.

Estne, quaeso, inquam, sitienti in bibendo voluptas?

Quis istud possit, inquit, negare?

Eademne, quae restincta siti?

Immo alio genere; restincta enim sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit, illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est.

Cur igitur, inquam, res tam dissimilis eodem nomine appellas?

Quid paulo ante, inquit, dixerim, nonne meministi, cum 10 omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem?

Memini vero; inquam, sed tu istuc dixti bene Latine, parum plane; *varietas* enim Latinum verbum est, idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia: *varium* poema, *varia* oratio, *varii* mores, *varia* fortuna; voluptas etiam *varia* dici solet, cum percipitur e multis dissimilibus rebus dissimilis efficientibus voluptates.

nobilis. Acad. II, 42, 131: finem esse — censuit vacare omni molestia Hier. Clem. Alex. Strom. II § 127: ὁ τε Τερώνμιος ὁ περιπατητικὸς ἴελος μὲν εἶναι τὸ ἀοχλήτως ζῆν. vgl. c. 5, 16 u. V, 5, 14.

9. et quidem] vgl. I, 10, 35.

paulo ante] I, 11, 37.

augendae volupt.] als Part. praes. pass. vgl. RH. A. 580. „Vermehrung, Steigerung des Vergnügens“. vgl. V, 18, 48; a contemplandis rebus — deterreantur.

fuertis] das fut. exact. wenn in dem übergeordneten Satze auch nur der Begriff des Fut. liegt. in Vat.

4, 10: respondebo ad ea, quae de te ipso rogaro. Kr. § 449, 11. A. 4.

estne — sitienti] „hat man beim Trinken, während (wenn) man durstig ist“; nicht „hat der Durstige“, vgl. die folgende Frage „Eademne, quae restincta siti?“

10. nonne meministi] „erinnerst du dich nicht?“ so viel als: „Du weißt doch, was ich vorher gesagt habe.“ vgl. V, 28, 86. Hand IV, p. 310. — Zur Sache: I, 11, 38.

dixti] de nat. deor. III, 9, 23. Kr. § 105, 5. Schweizer-Sidler § 142 A. 2.

Eam si varietatem diceres, intellegerem, ut etiam non dicente te intellego. Ista varietas quae sit, non satis perspicio, quod ais, cum dolore careamus, tum in summa voluptate nos esse, cum autem vescamur iis rebus, quae dulcem motum adferant sensibus, tum esse in motu voluptatem, quae faciat varietatem voluptatum, sed non augeri illam non dolendi voluptatem; quam cur voluptatem appelles nescio.

<sup>4</sup> An potest, inquit ille, quicquam esse suavius quam nihil <sup>11</sup> dolere?

Immo sit sane nihil melius, inquam — nondum enim id quaero — num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam, indolentia?

Plane idem, inquit, et maxima quidem, qua fieri nulla maior potest.

Quid dubitas igitur, inquam, summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit, id tenere unum, id tueri, <sup>12</sup> id defendere? Quid enim necesse est, tanquam meretricem in matronarum coetum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? Invidiosum nomen est, infame, suspectum. Itaque hoc frequenter dici solet a vobis, non intellegere nos quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi si quando dictum est — est autem dictum non parum saepe — etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum, soleo subirasci. Egone non intellego, quid sit ἡδονή Graece, Latine voluptas? utram tandem linguam nescio? deinde qui fit, ut ego nesciam, sciant omnes, quicumque Epicurei esse voluerunt? quod vestri quidem vel optime disputant, nihil opus esse eum, qui philosophus futurus sit, scire litteras; itaque, ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus conligitis bonos illos quidem viros, sed certe

quae faciat var. v.] quae mit cod. A., nicht qui, das sich auf motus beziehen würde; übereinstimmend mit c. 23, 75: eam ipsam (voluptatem) vis, quam modo ego dixi, et nomen imponis, in motu ut sit et faciat aliquam varietatem.

11. indolentia] C. fügt dem neugebildeten Worte hier die Entschuldigung ut ita dicam bei, wo er es zuerst gebraucht, später c. 6, 19: illa indolentia; ohne Zusatz de off. III, 3, 12.

12. Quod vestri cet.] quod knüpft

an das Vorhergehende an: „worüber, in Beziehung worauf“ nämlich auf das Epicureum esse velle, dass man nur zu wollen braucht, nicht erst viel zu lernen; darum auch vorher voluerunt als Thatsache, nicht wie Andere voluerint.

qui philosophus futurus sit] gegen cod. A. philos. qui f. s. da dies eine unzulässige Stellung des ph. vor qui ist. Vgl. I. M. II, p. 10 f.

L. Quinctius Cincinnatus] Dictator 458 v. C. vgl. Liv. III, 26.

non pereruditos. Ergo illi intellegunt, quid Epicurus dicat, ego <sup>13</sup> non intellego? Ut scias me intellegere, primum idem esse dico voluptatem, quod ille ἡδονήν. Et quidem saepe quaerimus verbum Latinum par Graeco et quod idem valeat; hic nihil fuit quod quaereremus. Nullum inveniri verbum potest, quod magis idem declaret Latine, quod Graece, quam declarat voluptas. Huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiciunt, laetitiam in animo, commotionem suavam iucunditatis in corpore. Nam et ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem, quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitias laetum esse se narrat. Sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo — vitiosa res, ut Stoici putant, qui eam sic definiunt: sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui —, non dicitur laetitia nec gaudium in corpore. In eo autem voluptas omnium Latine lo- <sup>14</sup> quentium more ponitur, cum percipitur ea, quae sensum aliquem moveat, iucunditas. Hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animum, iuvare enim in utroque dicitur ex eoque iucundum; modo intellegas inter illum, qui dicat:

tanta laetitia auctus sum, ut nihil constet,

et eum, qui:

nunc demum mihi animus ardet,

quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium:

quamquam haec inter nos nuper notitia admodum est,

qui nec laetetur nec angatur, itemque inter eum, qui potius corporis expetitis voluptatibus, et eum, qui crucietur summis doloribus, esse eum, qui utroque careat. Satisne igitur videor <sup>5</sup> vim verborum tenere an sum etiam nunc vel Graece loqui vel <sup>15</sup>

13. quod ille ἡδονήν] sc. dicit, appellat.

quod Graece] verbo aliquo (Graeco verbo) declaratur.

quam declarat voluptas] sc. ἡδονήν oder quod Graece est ἡδονή.

Trabea] röm. Komiker in der zweiten Hälfte des zweiten Jahrhunderts v. Chr. vgl. Tusc. IV, 15, 35. u. ad fam. II, 9, 2.

ille Caecilianus] „jener bei Caecilius“. s. I, 2, 4.

Stoici — definiunt] Diog. L. VII, 114: ἡδονή δέ ἐστιν ἄλογος

Cic. De finibus.

ἐπαρσας ἐφ' αἰρετῶ δοκοῦντι ὑπάρχειν.

14. In eo] d. h. in corpore.

tanta laetitia cet.] Der erste Vers gehört wahrscheinlich auch dem Trabea an; zu constet vgl. Tusc. a. a. O. Der zweite Vers gehört dem Cäcilius, vgl. pr. Caelio 16, 37: sed dubito, quem patrem potissimum sumam; Caecilianum aliquem vehementem atque durum? Nunc enim demum mi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira!

Quamquam haec cet.] Ter. Haut. I, 1, 1.

Latine docendus? Et tamen vide ne, si ego non intellegam, quid Epicurus loquatur, cum Graece, ut videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intellegatur. Quod duobus modis sine reprehensione fit, si aut de industria facias, ut Heraclitus, *cognomento qui σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit*, aut cum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intellegatur oratio, qualis est in Timaeo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non vult, si possit, plane et aperte loqui, nec de re obscura, ut physici, aut artificiosa, ut mathematici, sed de industri et facili et iam in vulgus pervagata loquitur. Quanquam non negatis nos intellegere, quid sit voluptas, sed quid ille dicat; e quo efficitur, non ut nos non intellegamus, quae vis sit istius verbi, sed ut ille suo more loquatur, nostrum neglegat.

16 Si enim idem dicit quod Hieronymus, qui censet summum bonum esse sine ulla molestia vivere, cur mavult dicere voluptatem quam vacuitatem doloris, ut ille facit, qui quid dicat intellegit? Sin autem voluptatem putat adiungendam eam, quae sit in motu — sic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in stabilitate —, quid tendit? cum efficere non possit ut cuiquam, qui ipse sibi notus sit, hoc est, qui suam naturam sensumque perspexerit, vacuitas doloris et voluptas idem esse videatur. Hoc est vim adferre, Torquate, sensibus, extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. Quis enim est, qui non videat haec esse in natura rerum tria? unum, cum in voluptate sumus, alterum, cum in

15. *erius, qui ita loquatur*] der Coniunctiv verallgemeinert, so dass dies nicht nur auf Epicur geht.

*si aut — aut erius*] man würde aut si erwarten; umgekehrt Lael. 17, 64: haec — infirmitatis plerosque convincunt, aut si in bonis rebus contemnant aut in malis deserunt. Zum Wechsel von si u. cum vgl. de rep. III, 13, 23. si facias, der Conj. „den Fall angenommen“, dagegen cum c. Ind. „dann, wenn“, „da, wo.“

*Heraclitus*] aus Ephesus um 500 v. Chr., er bekam den Beinamen σκοτεινός wegen seiner dunkeln Darstellung, die jedenfalls aber nicht absichtlich war; sein Werk

führte den Titel *περὶ φύσεως*. Ein Ausspruch des Socrates über die Dunkelheit: Diog. L. II, 22. vgl. de nat. deor. I, 26, 74. III, 14, 35. de div. II, 64, 133. Lucr. I, 639.

*cognomento cet.*] sowohl die bei C. ungewöhnlichen Ausdrücke, als auch Stellung der Wörter u. ein gewisser Rhythmus deuten darauf hin, dass auch diese Worte einem Dichter entlehnt sind.

*Timaeus Platonis*] oder *περὶ φύσεως*.

16. *cognitiones*] vgl. de nat. deor. I, 14, 36. 17, 44. gewöhnlich: *notiones*.

dolore, tertium hoc, in quo nunc equidem sum, credo item vos, nec in dolore nec in voluptate; ut in voluptate sit qui epuletur, in dolore qui torqueatur. Tu autem inter haec tantam multitudinem hominum interiectam non vides nec laetantium nec dolentium?

Non prorsus, inquit, omnisque, qui sine dolore sint, in 17 voluptate, et ea quidem summa, esse dico.

Ergo in eadem voluptate eum, qui alteri misceat mulsum ipse non sitiens, et eum, qui illud sitiens bibit?

Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, si videtur, quod 6 quidem ego a principio ita me malle dixeram, hoc ipsum providens, dialecticas captiones.

Rhetorice igitur, inquam, nos mavis quam dialectice disputare?

Quasi vero, inquit, perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit.

Zenonis est, inquam, hoc Stoici; omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partis, rhetoricam

17. *non prorsus*] *prorsus* verstärkt; Tusc. IV, 4, 8: prorsus non arbitrator, muss es voraufstehen, da non eng zu arbitrator gehört. vgl. de fin. I, 7, 23. de nat. deor. III, 10, 26: ita prorsus existimarem.

*eum*] sc. esse dicis?

*Cap. VI—X*, 30. C. beginnt auf den Wunsch des Torquatus in fortlaufender Rede auseinanderzusetzen, dass Epicur, da er von voluptas (ήδονή) keine ordentliche Definition gegeben habe, vielmehr unter derselben bald die Aristippeische Lust, bald die Schmerzlosigkeit verstehe u. zwei ganz verschiedene Dinge als höchstes Gut hinstelle, dieselben aber unter einen Ausdruck zusammenfasse u. dann bald nach der ersten Auffassung sogar Ausschweifungen gut heisse, wenn sie nur unter gewissen, aber weder stichhaltigen noch denkbaren Bedingungen stattfänden, bald nach der zweiten, indem er durch seine falsche Eintheilung der cupiditates dieselben mit den natürlichen Bedürfnissen vermenge, behaupte, die Schmerzlosigkeit sei das höchste Gut, und

sich so stets in Widersprüche mit sich selbst verwickle.

*finem, inquit, interrogandi*] vgl. IV, 1. 1. de nat. deor. III, 40, 94: Quae cum dixisset, Cotta finem.

*quod — ita me malle dixeram*] I, 8, 29. quod schliesst relativisch an, wo wir sagen: ich wollte es lieber so d. h. ohne Fragen und Gegenfragen haben.

*dialecticas captiones*] vgl. I, 7, 22.

*Zeno*] aus Citium, der Stifter der stoischen Schule, um 300 v. Chr. *hoc*] dass nämlich die perp. oratio nicht nur den Rednern sondern auch den Philosophen angehöre, während die Academicer eigentlich auf die socratiche Methode angewiesen waren.

*vim loquendi*] vgl. e. 10, 30.

*ut iam ante Aristoteles*] sc. dixit. vgl. Tusc. V, 17, 49. Zur Sache vgl. Zeller II, 2. S. 125. Arist. Rhet. I, 2: *ὥστε συμβάλει τὴν ἠθορικὴν οἶον παραφυῆς τὴς διαλεκτικῆς εἶναι καὶ τῆς περὶ τὰ ἦθη πραγματείας, ἣν δικαίον ἐστὶ προσαγορεύειν πολιτικὴν.*

*rhetoricam cet.*] wir würden die

palmae, dialecticam pugni similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Obsequar igitur voluntati tuae dicamque, si potero, rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem.

18 Sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quae una continet omnem et perspicendi, quid in quaque re sit, scientiam et iudicandi, quale sit quidque, et ratione ac via disputandi, ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur, nec ea, quae docere vult, ulla arte distinguit, ut haec ipsa, quae modo loquebamur.

Summum a vobis bonum voluptas dicitur. Aperiendum est igitur, quid sit voluptas; aliter enim explicari quod quaeritur non potest. Quam si explicavisset, non tam haesitaret; aut enim eam voluptatem tueretur, quam Aristippus, id est, qua sensus dulciter ac iucunde movetur, quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent voluptatem, aut, si magis placeret suo more loqui quam ut

*Omnēs Danaī atque Mycenenses,  
Attica pubes, —*

reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum voluptatis nomine appellaret, illud Aristippeum contemneret, aut, si utrumque probaret, ut probat, coniungeret doloris

19 vacuitatem cum voluptate et duobus ultimis uteretur. Multi enim et magni philosophi haec ultima bonorum iuncta fecerunt, ut Aristoteles virtutis usum cum vitae perfectae prosperitate

Verbindung mit *et* oder *et quidem* erwarten. Sext. Emp. adv. Math. II, 7: Ζήνων ὁ Κιτιεύς ἐρωτηθεὶς ὅτι διαφέρει διαλεκτικὴ ἡθροικῆς, συστρέψας τὴν χεῖρα καὶ πάλιν ἐξαπλώσας ἔφη· τούτω κατὰ μὲν τὴν συστρέψην τὸ στρογγύλιον καὶ βραχὺ τῆς διαλεκτικῆς, διὰ δὲ τῆς ἐξαπλώσεως καὶ ἐκτάσεως τῶν δακτύλων τὸ πλατὺ τῆς ἡθροικῆς δυνάμει ἀνιπτόμενος. vgl. Orat. 32, 113f.

*haec rhetorica*] Ausführung des Adverbium *rhetorice*. vgl. Lael. 26, 106: sapientium — de hac dico sapientia. Brut. 9, 38: suavis — sed suavitate ea.

18. *quam Aristippus*] sc. tuetur. vgl. III, 6, 21.

*anapaestum*] ein anap. Vers; vgl. Tusc. III, 24, 57; woher ist unbekannt.

19. *haec ultima bonorum*] das höchste Gut, von dem wir handeln; im Lat. Plural von den verschiedenen Dingen, welche die versch. Philosophen als solches hinstellen; *iuncta fecerunt*: sie haben das höchste G. aus zwei oder mehreren Theilen zusammengesetzt sein lassen, Gegensatz nachher *singulis finibus utuntur*. Vgl. *simplicia* u. *mixta* Tusc. V, 30, 85.

*Aristoteles*] Eth. Nic. I, 4, 1f.: *λέγωμεν — τί τὸ πάντων ἀρότατον τῶν πρακτικῶν ἀγαθῶν. Ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ἐπὶ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν*

coniunxit, Callipho adiunxit ad honestatem voluptatem, Diodorus ad eandem honestatem addidit vacuitatem doloris. Idem fecisset Epicurus, si sententiam hanc, quae nunc Hieronymi est, coniunxisset cum Aristippi veteri sententia. Illi enim inter se dissentiant; propterea singulis finibus utuntur et, cum uterque Graece egregie loquatur, nec Aristippus, qui voluptatem summum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere, voluptatis nomine unquam utitur pro illa indolentia, quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem. Duae sunt enim 7 res quoque, ne tu verba solum putes; unum est sine dolore 20 esse, alterum cum voluptate; vos ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum, nam id facilius paterer, sed etiam rem unam ex duabus facere conamini, quod fieri nullo modo potest. Hic, qui utrumque probat, ambobus debuit uti, sicut facit re, neque tamen dividit verbis. Cum enim eam ipsam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum seiunctum ab illo Aristippeo genere voluptatis, atque ibi hoc dicit, ubi omnis eius est oratio de summo bono. In alio vero libro, in quo breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiae dicitur, scribit his verbis, quae nota tibi profecto, Torquate, sunt: — quis enim vestrum non edidit Epicuri *κωρίας δόξας*, id est quasi maxime ratas,

*γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσιν. 10, 15: Τί οὖν κωρίαι λέγειν εὐδαιμόνια τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα καὶ τοῖς ἐπιτοῖς ἀγαθοῖς ἰσχυρῶς κερσορηγμένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον;*

*Callipho*] c. 11, 34. IV, 18, 50. V, 8, 21. 25, 73. Acad. II, 42, 131. Tusc. V, 30, 85. 31, 87. de off. III, 33, 119. Clem. Al. Strom. II, 127f.: *Λειψόμαχος δὲ καὶ Καλλιπῶν τέλος εἶναι ἔφρασαν πᾶν τὸ καθ' αὐτὸν ποιεῖν ἕνεκα τοῦ ἐπιτυχεῖν ἡδονῆς — κατὰ δὲ τοὺς περὶ Καλλιπῶντα ἕνεκα μὲν τῆς ἡδονῆς παρεῖληθεν ἡ ἀρετὴ, χρόνον δὲ ἴσπερον τὸ περὶ αὐτὴν κάλλος κατεδούσα ἰσότημον ἑαυτὴν τῇ ἀρχῇ, τοῦτεστι τῇ ἡδονῇ, παρέσχεν. Ueber die Form: Kr. § 205 A. 2, 2.*

*Diodorus*] Peripatetiker, Schüler des Critolaus, ungef. 100 v. Chr. wird mit Callipho in den meisten a. Stellen zusammen genannt, de or. I, 11, 45.

20. *ne suspicari* cet.] vgl. c. 3, 7. Acad. I, 2, 7.

*atque ibi hoc dicit*] atque mit Nachdruck; an einer andern Stelle, wo nicht gerade vom höchsten Gute gesprochen würde, könnte man sich's noch gefallen lassen.

*κωρίας δόξας*] vgl. de nat. deor. I, 30, 85. Diog. L. X, 139—154. Es sind 43 Lehrsätze, von denen der neunte lautet: *Ἐπὶ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλκε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τοὺς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἐπὶ τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἂν ποτε εἴχομεν ὅτι μεμψαί-*

quia gravissimae sint ad beate vivendum breviter enuntiatae sententiae? — animadvertit igitur, rectene hanc sententiam inter-  
21 preter: Si ea, quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum et mortis et doloris metu docerentque, qui essent fines cupiditatum, nihil haberemus, *quod reprehenderemus*, cum undique complerentur voluptatibus nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens aut aegrum, id est autem malum.

Hoc loco tenere se Triarius non potuit. Obsecro, inquit, Torquate, haec dicit Epicurus? Quod mihi quidem visus est, cum sciret, velle tamen confitentem audire Torquatam.

At ille non pertimuit saneque fidenter: istis quidem ipsis verbis, inquit, sed quid sentiat, non videtis.

Si alia sentit, inquam, alia loquitur, nunquam intellegam, quid sentiat, sed plane dicit, quod intellegit. Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, dicit absurde, similiter et si dicat non reprehendendos parricidas, si nec cupidi sint nec deos metuant nec mortem nec dolorem. Et tamen quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dari aut fingere aliquos, qui, cum luxuriose viverent, a summo philosopho non reprehenderentur eo nomine dumtaxat, cetera ca-  
22 verent? Sed tamen nonne reprehenderes, Epicure, luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita viverent, ut persequerentur cuiusque modi voluptates, cum esset praesertim, ut ais tu, summa voluptas nihil dolere? Atqui reperiemus asotos primum

μεθα αὐτοῖς πανταχόθεν εἰσπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν, καὶ οὐδαμόθεν οὔτε τὸ ἀλοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ καλόν.

21. *quod reprehenderemus*] fehlt in den Handschriften, ist aber nothwendige Ergänzung nach dem Griechischen u. c. 8, 23.

*sed plane dicit, quod intellegit*] muss es mit den Codd. A u. B heissen, nicht wie Baiter hat *quod intellegam*, der vergebens auf I, 5, 15 verweist; es ist dasselbe wie „*quod sentit*“ und hier wohl nur vermieden das Wort *sentire* dreimal zu gebrauchen. „E. sagt nicht etwas anderes, als was er denkt (meint), sondern ganz deutlich, was

er denkt. Das *intellegam* der geringern Codd. ist offenbar durch dasselbe Wort der vorigen Zeile entstanden.

*similiter et si*] *et* wie sonst *ac* vgl. IV, 12, 31. Hand II, p. 514 f.

*ullam exceptionem dari*] *exceptio* als jurist. Ausdruck „die Einrede“, „dass ihnen irgend eine E. gestattet werde (gewissermassen vom Prätor) oder dass man (ganz allgemein) sich Leute vorstelle etc.“ deshalb der Wechsel des Pass. u. Act. wie öfter z. B. Brut. 52, 196.

*eo nomine dumtaxat*] „in dieser Beziehung, Hinsicht wenigstens“ näml. *quod luxuriosi essent*; *cetera caverent* von *cum* abhängig.

22. *Epicure*] vgl. c. 30, 98.

ita non religiosos, ut edint de patella, deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide,

*mihī sex menses sati sunt vitae, septimum Orco spondeo.*  
Iam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio proment: *Si gravis, brevis; si longus, levis.* Unum nescio, quo modo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere. Quid ergo attinet dicere: *nihil haberem, quod reprehenderem*,  
8  
*si finitas cupiditates haberent?* hoc est dicere: *non reprehenderem asotos, si non essent asoti*; isto modo ne improbos quidem, si essent boni viri. Hic homo severus luxuriam ipsam per se reprehendendam non putat. Et hercule, Torquate, ut verum loquamur, si summum bonum voluptas est, rectissime non putat. Nolim enim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant et qui de conviviis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent, qui solem, ut aiunt, nec occidentem unquam viderint nec orientem, qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrum istius generis asotos iucunde putat vivere. Mundos, elegantis, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantis cruditatem,

*edint*] alterthümliche Form, scheint richtiger aus dem *edient* erster Hand des cod. A. conjicirt von Madvig, als das gewöhnliche *edant*; der Ausdruck scheint sprüchwörtlich. *de patella* sc. *sacra*.

*ex Hymnide*] ein Stück des *Caecilius Statius*, dem Menander entlehnt. *Ἰυνίς*, eine Hetäre. Aehnlich *Lucilius* (XXVI, 38): *Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.*

*Si gravis* cet.] I, 12, 40.

*quo modo possit* cet.] Uebergang in den Sing. vgl. de nat. deor. I, 19, 50 f.: *quaerere — soletis, quae vita deorum sit quaeque ab iis degatur actas. Ea videlicet, qua nihil beatius — cogitari potest; nihil enim agit cet. u. ö.*

23. *isto modo*] vgl. c. 31, 103.

*hic*] Adverbium Hand III, p. 80. *homo severus*] c. 10, 29.

*rectissime non putat*] *luxuriam ipsam per se reprehendendam.*

*ut soletis*] an abschreckenden Beispielen der *infinite cupiditates*

zeigen die Epicureer, dass sie die Schwelgerei verurtheilen.

*crudi*] Hor. epp. I, 6, 61: *Crudi tumidique lavemur.*

*ut aiunt*] gewöhnlicher Ausdruck bei Sprüchwörtern und Anekdoten. Acad. I, 5, 18. — Hor. epp. I, 7, 49. 17, 18. Das Sprüchwort findet sich bei Athen. VI, p. 273, c. XII, 520, a. 526, b. *Columella* I. praef. § 16. *Seneca* epp. XX, 5, 2 schreibt es dem Cato zu, wo auch über das Leben der Schlemmer gesprochen wird: *sunt qui officia lucis noctisque pervertunt nec ante diducunt oculos hesternae graves crapula, quam appetere nox coepit.* § 9: *lucet: somni tempus est. quies est: nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. iam lux propius accedit: tempus est coenae.*

*nemo nostrum*] „von uns“, den Torquatus mit eingeschlossen.

*Mundos* cet.] Die Accusative gehören zu *bene vivere nunquam dixerim*, sie sind nachher zusammengefasst in „*hos ergo asotos*“; der

*quibus vinum defusum e pleno sit χρυσίδων,*  
ut ait Lucilius,

*cui nihil dum sit vis et sacculus abstulerit,*  
adhibentis ludos et quae sequuntur, illa, quibus detractis clamat Epicurus se nescire quid sit bonum; adsint etiam formosi pueri, qui ministrent; respondeat his vestis, argentum, Corinthium, locus ipse, aedificium; hos ergo asotos bene quidem

Nachdruck liegt auf *bene* u. *beate*, denn dass ihnen das *incunde vivere* nicht bestritten werden soll, liegt im Zusammenhange und ist Vorbedingung für das Folgende „*Ex quo efficitur cet.*“

[*quibus vinum cet.*] bei dem fast aufgegebenen Verse des Lucilius ist auch Madvig auf den Text der besten Handschriften zurückgegangen; bis zu den Worten „*ut ait Luc.*“ stimmen A. B. C. E. überein, wie unser Text lautet, nur dass sie *quibus* schreiben (wie § 22: satis), als letztes Wort hat A: hirsizon; B u. E: hrysizon; da die Codd. die griech. Wörter mit lat. Buchstaben schreiben (s. Baier zu III, 15, 51, p. 145, 27) und öfters verunstalten, so weist dies unverständliche Wort wohl am natürlichsten auf ein griechisches hin und mit geringer Nachhilfe lesen wir χρυσίδων; χρυσίς (vgl. ἀργυρίς) ist eine goldene (Opfer-) Schale oder ein goldenes Trinkgefäß, Aristoph. Acharn. 74. Pax 425. u. Athenaeus XI, 502, 6 führt eine Stelle des Cratinus und eine des Hermippus an, in denen es vorkommt und fügt seine weitere Erklärung bei. Der Sinn wäre demnach: „denen der Wein aus der Fülle goldener Schalen fließt“, oder „von denen — gespendet ist“ (vgl. Hor. od. IV, 5, 33 f.: te prosequitur mero defuso pateris). Auch geben die Worte des Lucilius so einen leidlichen jambischen Senarius und es ist nicht nothwendig, dass diese Stelle mit den folgenden Worten bei Lucilius verbunden war.

*cui nihil — abstulerit*] so stehen

diese Worte in den erwähnten Handschriften (auch in E. vgl. Iwan Müller obs. in Cic. de fin. lib. P. I. p. 4 A. 2.); sie auch dem Lucilius zuzuschreiben ist wegen der Einschreibung des „*ut ait L.*“ (de div. I, 14, 24 hat die Einschreibung wohl in dem doppelten *ut* ihren Grund) bedenklich und wenigstens überflüssig, da der Sinn der Worte nicht klar ist. Die mannichfachen Verbesserungsvorschläge sind zu gesucht; vielleicht dürfte man lesen „*qui nihil, dum sit vis et sacculus, abstulerint*“, die nichts, während Kraft und Geld (*sacculus* in seiner gewöhnlichsten Bedeutung: Geldbeutel, vgl. et mundus victus non deficiente crumena Hor. epp. I, 4, 11) vorhanden ist“, „nichts durchgebracht haben“, was den Gegensatz zu „*qui consumptis patrimonii egeant*“ bilden würde, obgleich diese Bedeutung von *auferre* durch de or. II, 66, 265: „Magium non conservasse dico (pecuniam), sed tanquam nudus legeret, in ventre abstulisse“; nicht völlig gedeckt wird. Der *Conjunctiv* bei *dum* würde sich aus dem übergeordneten Satze im *Conj.* erklären; Kr. § 631 A.

*adhibentis ludos*] vgl. die Schilderung der Lebensweise des Thorius Balbus c. 20, 63: utebatur iis exercitationibus, ut ad cenam et sitiens et esuriens veniret.

*et quae sequuntur, illa cet.*] Das. § 64: cetera illa adhibebat, quibus demptis negat E. cet.

*argentum*] Silbergeräth.

*Corinthium*] aes. Tusc. II, 14, 32. IV, 14, 32.

vivere aut beate nunquam dixerim. Ex quo efficitur, non ut 24 voluptas ne sit voluptas, sed ut voluptas non sit summum bonum. Nec ille, qui Diogenem Stoicum adulescens, post autem Panaetium audierat, Laelius, eo dictus est sapiens, quod non intellexeret, quid suavissimum esset, — nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus, — sed quia parvi id duceret.

*O lapathe, ut iactare, nec es sati cogniti, qui sis!*

*In quo Laelii clamores, σοφός ille, solebat*

*Edere, compellans gumias ex ordine nostros.*

Praeclare Laelius, et recte σοφός, illudque vere:

*O Publi, o gurges, Galloni: es homo miser, inquit.*

*Cenasti in vita nunquam bene, cum omnia in ista*

*Consumis squilla atque acipensere cum decimano.*

Is haec loquitur, qui in voluptate nihil ponens negat eum bene cenare, qui omnia ponat in voluptate, et tamen non negat libenter unquam cenasse Gallonium — mentiretur enim —, sed bene. Ita graviter et severe voluptatem secrevit a bono. Ex quo illud efficitur, qui bene cenent, omnis libenter cenare, qui libenter, non continuo bene. Semper Laelius 25 bene. Quid bene? Dicit Lucilius:

*cocto,*

*Condito,*

sed cedo caput cenae:

*sermone bono,*

quid ex eo?

*si quaeri, libenter;*

veniebat enim ad cenam, ut animo quieto satiaret desideria naturae. Recte ergo is negat unquam bene cenasse Gallonium; recte miserum, cum praesertim in eo omne studium

24. *ne sit — non sit*] μή — ού. dass nicht „sein soll“ oder „dass nicht wäre“ und „dass nicht ist“.

*Laelius*] C. L. Sapiens, häufig von C. erwähnt, nach ihm die Schrift *de amicitia* benannt. Ueber sein Verhältniss zu Lucilius vgl. Hor. Sat. II, 1, 62 ff.

*cor — palatus*] vgl. c. 28, 91.

*Publius Gallonius*] vgl. c. 28, 90. pro Quinct. 30, 94. nach Hor. Sat. II, 2, 47 ein *praeco*.

*atque acipensere cum decimano*] d. h. atque cum omnia consumis in a. d.

*non continuo*] vgl. Tusc. V, 19, 45: Ego summum dolorem — non continuo esse dico brevem. Hand II, p. 106.

25. *cocto cet.*] vgl. ad Att. XIII, 52, 1: (Caesar) et edit et bibit ἀδελός et incunde; opipare sane et apparate; nec id solum sed

— bene cocto,

*Condito, sermone bono et, si quaeri, libenter.*

*recte miserum*] sc. dicit aus *negat*; die Härte des Ausdrucks schwindet, wenn man *cum* — *consumeret* als

consumeret, quem libenter cenasse nemo negat. Cur igitur non bene? Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste; ille porro male, prave, nequiter, turpiter cenabat: non igitur bene. Nec lapathi suavitatem acipenseris Gallonii Laelius anteponebat, sed suavitatem ipsam neglegebat; quod non faceret, si in voluptate summum bonum poneret. Semovenda est igitur voluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. Possumusne ergo in vita summum bonum dicere, cum id ne in cena quidem posse videamur?

Quo modo autem philosophus loquitur? *Tria genera cupiditatum: naturales et necessariae, naturales et non necessariae, nec naturales nec necessariae.* Primum divisit ineleganter; duo enim genera quae erant fecit tria; hoc est non dividere, sed frangere. Qui haec didicerunt, quae ille contemnit, sic solent: Duo genera cupiditatum, naturales et inanes; naturalium duo, necessariae et non necessariae. Confecta res esset; vitiosum est enim in dividendo partem in genere numerare. Sed hoc sane concedamus; contemnit enim disserendi elegantiam; confuse loquitur; gerendus est mos, modo recte sentiat. Equidem illud ipsum non nimium probo et

Zwischensatz nimmt und (eum) quem — negat als Object nimmt.

ille porro male] mit den Handschriften: male auszustossen scheint kein Grund, vgl. Hand IV. p. 486.

non igitur bene] Die Einschubung von bene, das in allen Handschriften fehlt, ist nothwendig, da weder der folgende Satz lapathi suav. cet. mit igitur als Schluss eingeführt werden kann, noch das nec vor lapathi einen Sinn gäbe.

faceret] „gethan hätte“, Kr. § 641. deceat] Da in dem recta sequamini das specielle frugaliter vivamus liegt, so ist frugaliter loqui der Gegensatz; wer nicht frugaliter lebt, darf auch nicht fr. sprechen (c. 28, 90), aber auch dem, der die voluptas als höchstes Gut hinstellt, steht es nicht an, wenn er auch fr. lebt, wie ein homo frugi zu reden; or. 22, 74: oportere enim perfectionem declarat officii — decere quasi aptum esse consentaneumque temporis et personae; quod cum in

factis saepissime tum in dictis valet cet. de off. III, 33, 117: non id spectandum est, quid dicat (Ep.), sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore.

26. dicere] sc. voluptatem.

tria genera] I, 13, 45.

quae ille contemnit] I, 7, 22.

Confecta res esset] Wenn E. so eingetheilt hätte.

27. illud ipsum non nimium] Sehr richtig sagt Unger: „unser Schriftsteller zeigt durch die Fürwörter illud ipsum an, dass er einen fremden, hier also einen epicureischen Satz citirt“; seine weitere Verbesserung: et tantum patior; hoc non patior, philosophum loqui cet. ist willkürlich, es müsste auch wenigstens vel tantum p. heissen. Vielmehr ist der Sinn: „diese Vorschrift der Mässigung billige ich; dabei kann ich es aber nur so hingehen lassen, dass ein Philosoph von Einschränkung der

tantum patior, philosophum loqui de cupiditatibus finiendis. An potest cupiditas finiri? Tollenda est atque extrahenda radicitus. Quis est enim, in quo sit cupiditas, quin recte cupidus dici possit? Ergo et avarus erit, sed finite, et adulter, verum habebit modum, et luxuriosus eodem modo. Qualis ista philosophia est, quae non interitum adferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum? Quanquam in hac divisione rem ipsam prorsus probo, elegantiam desidero. Appellet haec desideria naturae; cupiditatis nomen servet alio, ut eam, cum de avaritia, cum de intemperantia, cum de maximis vitiis loquetur, tanquam capitis accuset. Sed haec quidem liberius ab eo dicuntur et saepius. Quod equidem non reprehendo; est enim tanti philosophi tamque nobilis audacter sua decreta defendere; sed tamen ex eo, quod eam voluptatem, quam omnes gentes hoc nomine appellant, videtur amplexari saepe vehementius, in magnis interdum versatur angustiis, ut hominum conscientia remota nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus; deinde, ubi erubuit, — vis enim est permagna naturae, — confugit illuc, ut neget accedere quicquam posse ad voluptatem nihil dolentis. At iste non dolendi status non vocatur voluptas. — Non laboro, inquit, de nomine. — Quid, quod res alia tota est? — Reperiam multos vel innumerabiles potius non tam curiosos nec tam molestos, quam vos estis, quibus, quicquid velim, facile persuadeam. — Quid ergo dubitamus quin, si non dolere voluptas sit summa, non esse in voluptate dolor sit maximus? cur non id ita fit? — Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio. — Hoc vero non videre, maximo argumento esse voluptatem illam, qua sublata neget se intellegere omnino, quid

Begierden redet etc. et ist dann stark zu betonen oder aus set (sed) entstanden wie öfters vgl. Seyffert zu Tusc. I, 34, 82. tantum wird öfters voraufgestellt, de rep. I, 10, 16: Soeratem omnem istam disputationem reiecit et tantum de vita et de moribus solitum esse quaerere.

Quis est cet.] Sinn: Man kann jeden, in dem (noch) cupiditas vorhanden ist, mit Recht cupidus nennen.

Ergo et avarus erit cet.] „Also (ironisch) wird es (nach E.) einen

avarus geben, aber einen finite avarus etc.“ „Nach E. darf Jemand ein gemässiger Geizhals sein.“

28. curiosos] I, 1, 3.

29. hoc vero non videre] IV, 27, 76. RH. § 447. S. 787. Weiterhin ist die Rede durch die Parenthese unterbrochen und mit hoc igitur in anderer Construction wieder aufgenommen, während es einfach hätte heissen können: maximo argumento esse voluptatem illam — ne expetendam quidem esse, quod eam cet. vgl. Kr. § 672, c.



sit bonum, — eam autem ita persequitur, quae palato percipiatur, quae auribus; cetera addit, quae si appelles, honos praefandus sit —: hoc igitur, quod solum bonum severus et gravis philosophus novit, idem non videt ne expetendum quidem esse, quod eam voluptatem hoc eodem auctore non desideremus, cum dolore careamus. Quam haec sunt contraria!

30 Hic si definire, si dividere didicisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas salebras incidisset. Nunc vides, quid faciat. Quam nemo unquam voluptatem appellavit, appellat; quae duo sunt, unum facit. Hanc in motu voluptatem — sic enim has suavis et quasi dulcis voluptates appellat — interdum ita extenuat, ut M. Curium putes loqui, interdum ita laudat, ut, quid praeterea sit bonum, neget se posse ne suspicari quidem; quae iam oratio non a philosopho aliquo, sed a censore opprimenda est; non est enim vitium in oratione solum, sed etiam in moribus. Luxuriam non reprehendit, modo sit vacua infinita cupiditate et timore. Hoc loco discipulos quaerere videtur, ut qui aotii esse velint philosophi ante fiant.

31 A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate et eam appetit ut bonum, aspernatur dolorem ut malum. De malis autem et bonis ab iis animalibus, quae nondum depravata sint, ait optime iudicari. Haec et tu ita posuisti et verba vestra sunt. Quam multa vitiosa! Summum enim bonum et malum

*cetera addit*] c. 3, 7.

*honos praefandus sit*] ad fam. IX, 23, 4: Nos autem ridicule, si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non praefamur, sin de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus est.

30. *M. Curius*] Dentatus, der Besieger des Pyrrhus (275 v. Chr.) vgl. Iuvenal 2, 3: qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt.

*quae iam oratio cet.*] vgl. I, 16, 51.

*Cap. X, 31—XII, 35.* E. wolle das höchste Gut aus dem ersten Naturtriebe ableiten, der auf die *voluptas, ἡδονή*, gerichtet sei; fasse er nun aber diese *ἡδονή* auf als die *ἐν κινήσει*, so passe das nicht

zu seinem höchsten Gute, das er in die Schmerzlosigkeit setze; fasse er die *ἡδονή* aber auf als die *κατασθηματικῆ*, so sei das wieder etwas, was keinen Trieb, nichts Treibendes enthalte; vielmehr sei der erste Naturtrieb der Selbsterhaltungstrieb; ob dieser auch auf die *voluptas* gerichtet sei, das sei die grosse Frage und von dieser müsse man bei der Bestimmung des höchsten Gutes ausgehen. Hierauf lässt C. eine kurze Uebersicht und Classification der Ansichten der vorzüglichsten Philosophen folgen.

31. *ut opinor*] vgl. Lael. 23, 88. u. o.

*Simul atque cet.*] s. I, 9, 30.

vagiens puer utra voluptate diiudicabit, stante an movente? quoniam, si tuis placet, ab Epicuro loqui discimus. Si stante, hoc natura videlicet vult, salvam esse se, quod concedimus; si movente, quod tamen dicitis, nulla turpis voluptas erit, quae praetermittenda sit, et simul non proficiscitur animal illud modo natum a summa voluptate, quae est a te posita in non dolendo. Nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petivit<sup>32</sup> aut etiam a bestiis, quae putat esse specula naturae, ut diceret ab iis duce natura hanc voluptatem expeti nihil dolendi. Neque enim haec movere potest appetitum animi, nec ullum habet ictum, quo pellat animum, status hic non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. Itaque Epicurus semper hoc utitur, ut probet voluptatem natura expeti, quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se adiciat et bestias, non illa stabilis, in qua tantum inest nihil dolere. Qui igitur convenit ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum<sup>11</sup> ponere? Bestiarum vero nullum iudicium puto. Quamvis<sup>33</sup> enim depravatae non sint, pravae tamen esse possunt. Ut bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum, sic ferarum natura non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua. Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem, sed tantum ut se ipse diligat, ut integrum se salvumque velit. Omne enim animal, simul et ortum est, et se ipsum et omnis partes suas diligit duasque, quae maximae sunt, in primis amplectitur, animum et corpus, deinde utriusque partes. Nam sunt et in animo praecipua

*stante an movente?*] τῆ ἐν κινήσει — τῆ κατασθηματικῆ. vgl. I, 11, 37.

*quod tamen dicitis*] „was ihr doch sagt“.

32. *Nec tamen argumentum cet.*] „ledoch nimmt auch E. gar nicht seinen Beweis daher“ etc.

*a bestiis, quae putat cet.*] mit Ironie; vgl. § 33: bestiarum vero nullum iudicium puto. Ueber die Attraction RH. § 191.

*Itaque — Hieronymus*] H. macht eben darin auch einen Fehler, dass er die Schmerzlosigkeit als ein *movens* auffasst.

*At ille*] sc. status.

*hoc utitur*] verbinde weiter: quod ea vol. quae in motu sit, non illa stabilis, in qua — dolere, et parvos et bestias ad se adiciat.

33. *natura — depravata — natura sua*] vgl. I, 13, 42: gubernatoris ars — utilitate non arte laudatur V, 16, 44. Aus *depravata* ist *prava* (Nom.) zu entnehmen. Absichtlich ist hier wohl *fera* gesagt, nicht *bestia*, was nur den Gegensatz zum Menschen bezeichnet.

*Omne enim animal cet.*] vgl. III, 5, 16. V, 9, 24.

*simul et*] nach den besten Hand-

quaedam et in corpore, quae cum leviter agnovit, tunc discernere incipit, ut ea, quae prima data sint natura, appetat  
 34 asperneturque contraria. In his primis naturalibus voluptas insit necne, magna quaestio est. Nihil vero putare esse praeter voluptatem, non membra, non sensus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non valetudinem, summae mihi videtur inscitiae. Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum et malorum. Polemoni et iam ante Aristoteli ea prima visa sunt, quae paulo ante dixi. Ergo nata est sententia veterum Academicorum et Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis. Callipho ad virtutem nihil adiunxit nisi voluptatem, Diodorus vacuitatem doloris. His omnibus, quos dixi, *coniuncti* sunt fines bonorum; Aristippo simplex voluptas, Stoicis consentire naturae, quod esse volunt e virtute, id est honeste, vivere, quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia rerum earum, quae natura evenirent, eligentem ea, quae essent secundum naturam, reicientemque contra-

schriften. V, 9, 24. ad Att. II, 20, 2. X, 4, 12. 16, 4. XVI, 11, 6. vgl. c. 7, 21: similiter et.

34. *Polemo*] Schüler und Nachfolger des Xenocrates in der Academie. vgl. Hor. Sat. II, 3, 253 ff. *ea prima — quae — dixi.*] Was man unter den Begriff des Selbsterhaltungstriebes zusammenfassen kann; danach soll das höchste Gut nach Ansicht der alten Akademiker und der Peripatetiker sein: der Natur gemäss leben (denn dadurch erhält sich jedes Wesen am besten; physischer Gesichtspunkt) und tugendhaft (*virtute adhibita*; moralischer Gesichtspunkt).

*vacuitatem doloris ad virtutem adiunxit.*

*coniuncti.*] Das handschriftliche *consequentes* giebt gar keinen Sinn; offenbar will C. hier aber sagen, dass die vorher genannten Philosophen ihr höchstes Gut aus Verschiedenem zusammengesetzt hätten, wie dies c. 6, 19 deutlich ausgesprochen ist: haec ultima bonorum

inuncta fecerunt. Ebenso V, 8, 21 u. Tusc. V, 30, 84, wo dieselben im Gegensatz zu den simplicia — mixta genannt werden. Vgl. unten c. 14, 44: Epicuro — quod e duplici genere voluptatis coniunctus est, u. c. 6, 19. Dem werden dann die beiden einfachen höchsten Güter des Aristippus und der Stoiker (§ 35: una simplex, cuius Zeno auctor cet.) entgegengestellt. Einfach ist das höchste Gut der Stoiker, da für sie der Natur gemäss und tugendhaft leben identisch ist. Nach dieser Classification in einfache und zusammengesetzte höchste Güter folgt § 35 eine andere, je nachdem nämlich die Tugend von dem höchsten Gut ganz ausgeschlossen, oder als Mitbestandtheil desselben angenommen ist, oder ganz allein dasselbe darstellt.

*Aristippo simplex voluptas*] Aus dem Vorhergehenden ist zu ergänzen: Aristippo simplex finis bonorum est voluptas, Stoicis (simplex f. b.) consentire cet.

ria. Ita tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi 35 [vel Epicuri], alter Hieronymi, Carneadi tertius; tres, in quibus honestas cum aliqua accessione, Polemonis, Calliphontis, Diodori; una simplex, cuius Zeno auctor, posita in decore tota, id est in honestate; nam Pyrrho, Aristo, Erillus iam diu abiecti. Reliqui sibi constituerunt, ut extrema cum initiis convenirent, ut Aristippo voluptas, Hieronymo doloris vacuitas, Carneadi frui principiis naturalibus esset extremum; Epicurus autem 12

*Carneades*] aus Cyrene st. 128 v. Chr. Schüler und Nachfolger des Hegesinus in der Academie, hatte auch den Stoiker Diogenes gehört und namentlich die Schriften des Chrysippus studirt. Er wird der Stifter der neuen (3.) Academie genannt. Er stritt namentlich gegen die Stoiker. vgl. c. 13, 42. Acad. II, 42, 131: Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui rebus iis, quas primas natura conciliavisset. Tusc. V, 30, 84.

*Stoicis consentire naturae] simplex finis est.* Ueber die verschiedenen Erklärungen dieses Ausdrucks zu III, 6, vgl. Zeller III, 1. S. 192 f.

35. *expertes honestatis]* ohne die Tugend, vgl. oben: e virtute i. e. honeste vivere. Honestum ist das sittlich-gute. Ebenso *decus* gleich nachher mit *virtus* und *honestas* gleichbedeutend. (*ἀρετή, τὸ καλόν, τὸ καλὸν καγαθόν.*)

*vel Epicuri]* hat Unger Philol. XXI. richtig als Einschiebung nachgewiesen, es passt nicht zum Folgenden, wo die Alternative gestellt wird, dass Epicur entweder die Lust des Aristippus oder die Schmerzlosigkeit des Hieronymus gemeint hätte.

*una — posita]* als ob *sententia* und nicht *finis* vorherginge.

*nam Pyrrho cet.]* vgl. V, 8, 23. Acad. II, 42, 129 f. Tusc. V, 30, 85: Aristonis, Pyrrhonis, Erilli

(sententiae) nonnullorumque aliorum evanuerunt.

*Pyrrho]* aus Elis schloss sich dem Democriteer Anaxarchus an und begleitete ihn und das Heer Alexanders bis nach Indien. Er war Skeptiker; lebte später in Elis, st. um 275—70 v. Chr. in hohem Alter. Sein höchstes Gut ist die *ἀταραξία*, oder *ἀπάθεια*. Diog. L. IX, c. 11. Zeller III, 1. S. 438 ff.

*Aristo]* aus Chios, Schüler Zeno's, soll sich aber später zu Polemo gewendet haben; er neigte sich zum Cynismus und lehrte im Cynosarges. Diog. L. VII, c. 2. Zeller III, 1. S. 32 f. 49 ff.

*Erillus]* scheint nach den Handschriften (vgl. Baiter z. d. St.) die bessere Schreibung als Herillus. Er war aus Karthago, Schüler Zeno's, als höchstes Gut nennt er die *ἐπιστήμη*. Diog. L. VII, c. 3. Zeller III, 1. S. 32 f.

*Reliqui sibi constituerunt]* sie waren consequent, indem ihr höchstes Gut übereinstimmte mit dem, wovon sie bei ihrer Bestimmung ausgingen.

*Epicurus autem.]* Epicur aber ist inconsequent; wenn er als das, was von Natur zuerst erstrebt wird, die aristippische Lust annahm, so hätte er auch diese für das höchste Gut erklären müssen, er erklärt dafür aber die Schmerzlosigkeit des Erillus; wenn er das that, so hätte er sie aber auch zu seinem Ausgangspunkte nehmen müssen, was er nicht that, vgl. § 32.

cum in prima commendatione voluptatem dixisset, si eam, quam Aristippus, idem tenere debuit ultimum bonorum, quod ille; sin eam, quam Hieronymus, fecisset idem, ut voluptatem illam [Aristippi] in primo commendatione poneret.

36 Nam quod ait sensibus ipsis iudicari voluptatem bonum esse, dolorem malum, plus tribuit sensibus, quam nobis leges permittunt, cum privatarum litium iudices sumus. Nihil enim possumus iudicare nisi quod est nostri iudicii. In quo frustra iudices solent, cum sententiam pronuntiant, addere si quis MEI IUDICII EST. Si enim non fuit eorum iudicii, nihilo magis

sin eam, quam Hieronymus cet.] Es ist kein Zweifel, dass das eingeklammerte Aristippi zu streichen ist, wenn wir den Wortlaut der Stelle beibehalten, den am richtigsten erklärt Unger: „si eam (tenuit), quam Hieronymus, (voluptatem)“ näml. als höchstes Gut — „fecisset“ dann für *facere debuit* „so hätte er sollen“ wozu Madvig und Alanus viele Beispiele anführen. vgl. de nat. deor. III, 31, 76. Bedenklich bleibt nur, dass „voluptatem illam“ so einfach für die Schmerzlosigkeit des Hieronymus gesagt sein soll, da Cicero c. 6, 19 ausdrücklich sagt: neque Hieronymus, qui summum bonum statuit non dolere, voluptatis nomine unquam utitur pro illa indolentia. Vielleicht könnte man lesen: „sin eam, quam Hieronymus, (summum bonum) fecisset indolentiam (für idem), eam ut voluptatem illam Aristippi in prima commendatione ponere“ (se. debuit).

Cap. XII, 36—XIV, 44. C. bestreitet, dass den Sinnen über diese Dinge ein Urtheil zustehe, vielmehr gebühre dies nur der Vernunft; diese schliesse die *voluptas* und die Schmerzlosigkeit vom höchsten Gute aus und setze dasselbe in die Sittlichkeit nach stoischer oder peripatetischer näherer Bestimmung. Demnach beseitigt C. nun zuerst alle Ansichten vom höchsten Gute, nach denen die Tugend nicht zu demselben gehört

bis auf die epicurische — mit den Akademikern ist nicht gut streiten, da sie behaupten, man könne nichts mit Bestimmtheit wissen — so dass die Frage nun vereinfacht ist, ob die Tugend oder die *voluptas* das höchste Gut sei. Wenn C. nun zeige, dass das Sittlich-Gute etwas sei, das um seiner selbst willen zu erstreben sei, so würde damit die ganze Lehre des Epicur umgestossen.

36. *leges permittunt, cum privatarum cet.]* cum scheidet gegen die Codd. nothwendig. Der Sinn ist wohl: bei Privatprocessen hat der Richter nur über den einen Punkt, auf den sich die Klage bezieht, zu entscheiden, während die Richter in Staats- oder Criminalprocessen auch andere Anschuldigungen, als die, auf welche die Anklage eigentlich begründet ist, zur Beurtheilung ziehen können.

in quo] „dabei“. Tusc. III, 26, 62.

frustra] „unnütz“, „unnützer Weise“. In dem Fall nämlich, dass dem Richter das Urtheil über eine Sache nicht zusteht, und er doch über dieselbe urtheilt, so ist nicht mehr über die Sache ein (gültiges Urtheil) gefällt, wenn der Zusatz *si quid mei iudicii est* weggeblieben ist, als wenn er dabei steht. Das Urtheil ist so wie so ohne Kraft. Das *non* vor *addito* ist nothwendig.

hoc non addito illud est iudicatum. Quid iudicant sensus? Dulce amarum, leve asperum, prope longe, stare movere, quadratum rotundum. *Ratam* igitur pronuntiabit sententiam 37 ratio adhibita primum divinarum humanarumque rerum scientia, quae potest appellari rite sapientia; deinde adiunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu voluptatum satellites et ministras esse voluisti; quarum adeo omnium sententia pronuntiabit primum de voluptate, nihil esse ei loci, non modo ut sola ponatur in summi boni sede, quam quaerimus, sed ne illo quidem modo, ut ad honestatem applicetur. De vacuitate doloris eadem sententia erit. Reicietur etiam 38 Carneades, nec ulla de summo bono ratio aut voluptatis non dolendive particeps aut honestatis expers probabitur. Ita relinquet duas, de quibus etiam atque etiam consideret. Aut enim statuet nihil esse bonum nisi honestum, nihil malum nisi turpe, cetera aut omnino nihil habere momenti aut tantum, ut nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modo aut reicienda sint, aut anteponet eam, quam cum honestate ornatissimam, tum etiam ipsis initiis naturae et totius perfectione vitae locupletatam videbit. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit, rerum

quid iudicant — rotundum.] Ueber diese Dinge haben die Sinne zu urtheilen, nicht aber darüber ob die Lust ein Gut und der Schmerz ein Uebel sei; darüber zu urtheilen hat die Vernunft. Vgl. Acad. II, 7, 21.

37. *Ratam igitur pron. sent. ratio.]* Die Handschriften haben alle *quam igitur* cet., was die Meisten als Frage auffassen, aber unpassend. Baiter und Madvig sind einer älteren Verbesserung „*Aequam igitur*“ gefolgt, wogegen Unger (Philol. XX, p. 374) sehr richtig bemerkt, dies würde aber nur auf die Billigkeit des Urtheils gehen, wovon hier nicht die Rede sei; er schlägt „*Summum igitur*“ vor, was sehr matt wäre. Da hier aber der *ratio*, mit Nachdruck ans Ende gestellt, die alleinige Kompetenz zugeschrieben werden soll, so dürfte wohl „*ratam sententiam*“ „eine gültige Entscheidung“ am Platze sein, vielleicht mit einer gewissen Beziehung auf

die *ratatae sententiae*, *ῥατά τε δόξαν* des Epicur. Acad. II, 9, 27: Non potest igitur dubitari, quin decretum nullum falsum esse possit sapientis, neque satis sit non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debeat. pr. Caec. 33, 96: Quaero — putesne, si populus iusserit me tuum aut item te meum servum esse, id iussum ratum aut firmum futurum?

*quam quaerimus]* freier auf *sedes* bezogen, obgleich die Untersuchung über das *summum bonum* stattfindet.

*ead. sent. erit]* die Handschriften „*est*“, Bentley's Verbesserung scheint nothwendig.

38. *Aut enim statuet cet.]* Die Lehre der Stoiker, die im dritten Buche entwickelt wird.

*aut anteponet eam cet.]* Die Lehre der Peripatetiker (u. ält. Academie) (Buch V).

*si perspexerit, rerum cet.]* Nach der Ansicht des Antiochus von

13 inter eas verborumne sit controversia. Huius ego nunc aucto-  
 39 ritate sequens idem faciam. Quantum enim potero, minuat  
 79 contentiones omnesque sententias simplices eorum, in quibus  
 nulla inest virtutis adiunctio, omnino a philosophia semovendas  
 putabo, primum Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non  
 est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum  
 40 moveret, summum bonum ponere, contemnentis istam vacui-  
 tatem doloris. Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad  
 arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas  
 res, ut ait Aristoteles, ad intellegendum et ad agendum esse  
 80 natum, quasi mortalem deum; contraque ut tardam aliquam  
 et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi voluptatem  
 hoc divinum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mihi  
 41 videtur absurdius. Atque haec contra Aristippum, qui eam  
 voluptatem non modo summam, sed solam etiam ducit, quam  
 omnes unam appellamus voluptatem. Aliter autem vobis placet.  
 Sed illè, ut dixi, vitiose. Nec enim figura corporis nec ratio  
 excellens ingenii humani significat ad unam hanc rem natum  
 hominem, ut frueretur voluptatibus. Nec vero audiendus  
 Hieronymus, cui summum bonum est idem, quod vos inter-  
 dum vel potius nimium saepe dicitis, nihil dolere. Non enim,  
 si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene viven-  
 dum. Hoc dixerit potius Ennius:

*Nimum boni est, cui nihil est... mali.*

Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni  
 iudicemus, nec eam cessando, sive gaudentem, ut Aristippus,

Ascalon (s. zu V, 1, 1) sollten diese Ansichten im Wesentlichen übereinstimmen. Acad. II, 43, 132: Antiochus, qui appellabatur Academicus, erat quidem, si perpaucam mutavisset, germanissimus Stoicus. de nat. deor. I, 7, 16: Antiocho enim Stoici cum Peripateticis concinere videntur, verbis discrepare.

39. *sententias simplices eorum, in quibus eorum*, „derer von denen ich gesprochen habe“; der Philosophen, so dass in quibus zu sententias gehört, „die Ansichten, in welchen“; wie denn auch nachher die Genetive Aristippi, Cyrenaicorum zeigen. Dies scheint natürlicher, als eine Ungenauigkeit des Ausdrucks anzu-

nehmen oder eine Härte wie c. 14, 44: Epicuro — quod e duplici genere voluptatis coniunctus est.

*quos non est veritum*] Gellius XV, 13, 9. Kr. § 350 A. 6.

40. *ut ait Aristoteles*.] Eine solche Stelle findet sich in den erhaltenen Schriften des Arist. nicht.

41. *Nimum boni cet.*] Aus der Hecuba nach Euripides H. 627 f.: κείνος ἀβιωτάτος, ὅτι καὶ ἡμῶν τυγχάνει μηδὲν καχόν. Vgl. Ribbeck Fragm. trag. lat. p. 55. Vahlen (Ennian. poes. rel. p. 118) schiebt nach est „in diem“ ein.

*cessando, sive gaudentem cet.*] Die Accusative gaudentem und non dolentem erklären sich aus der Construction des Infinitivs: gaudentem

sive voff dolentem, ut hic, sed agendo aliquid considerandove quaeramus. Quae possunt eadem contra Carneadeum illud 42 summum bonum dici, quod is non tam, ut probaret, protulit, quam ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret. Id autem eius modi est, ut additum ad virtutem auctoritatem videatur habiturum et expleturum cumulate vitam beatam, de quo omnis haec quaestio est. Nam qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris, quae, etiam si malo caret, tamen non est summum bonum, accessione utuntur non ita probabili, nec tamen, cur id tam parce tamque restricte faciant, intellego. Quasi enim emendum eis sit, quod addant ad virtutem, primum vilissimas res addunt, dein singulas potius quam omnia, quae prima natura approbavisset, ea cum honestate coniungerent. Quae cum Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sint pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte iam pridem contra eos desitum est disputari. Dum enim in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent nec ei quicquam aut unde oriretur darent aut ubi niteretur, virtutem ipsam, quam amplexabantur, sustulerunt. Erillus autem ad scientiam omnia revocans unum quoddam bonum vidit, sed nec optimum nec quo vita gubernari possit; itaque hic ipse iam pridem est reiectus; post enim Chrysippum non sane est disputatum. Restatis igitur vos: nam cum Academicis incerta luctatio est, 14

*cessare*, feiern indem man sich freut, non dolentem cessare. vgl. c. 11, 34: vivere — eligentem; u. o. Hier scheint nun der Acc., der in dem griechischen Vorbilde bei dem Infinitiv stand, auch bei dem Gerundium beibehalten.

42. *Carneadeum — quod is*] Carneades. vgl. V, 6, 16. de div. II, 13, 31: Pherecydeum illud — qui cum — vidisset. Zur Sache zu c. 11, 35.

*potius quam — coniungerent*] vgl. c. 20, 66. IV, 8, 20. 14, 39. Hand IV, 514. approbavisset abhängig von dem Satze mit coniungeret.

43. *Quae cum Aristoni cet.*] „cum“ haben alle Handschriften, dies fordert aber den Conj. sint (gegen die H.), es giebt eben den Grund

an, weshalb man es nicht mehr der Mühe werth geachtet hat, gegen sie zu streiten. — Zur Sache vgl. III, 3, 11. IV, 16, 43. V, 25, 73. Acad. II, 42, 130. de legg. I, 21, 55. *inter optime valere*] Kr. § 485. Seneca de benef. V, 10, 2: multum interest inter dare et accipere. Hor. Sat. II, 5, 69.

*oriretur*] nach cod. A. — c. 21, 69 scheinen freilich alle Codd. oreretur zu haben. vgl. Kr. § 100 A. Schweizer-Sidler § 157 A. 1.

*ubi niteretur*] vgl. I, 18, 61: virtutem — nixam hoc honesto und Tusc. V, 43, 37: quod ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur.

*cum Academicis incerta luctatio est*] vgl. Acad. I, 12, 45. de or. III, 36 145 u. o.

qui nihil adfirmant et quasi desperata cognitione certi id sequi  
44 volunt, quodcumque veri simile videatur. Cum Epicuro autem  
hoc plus est negotii, quod e duplici genere voluptatis coniun-  
ctus est, quodque et ipse et amici eius et multi postea defen-  
sores eius sententiae fuerunt et nescio quo modo is, qui aucto-  
ritatem minimam habet, maximam vim, populus cum illis  
facit. Quos nisi redarguimus, omnis virtus, omne decus, omnis  
vera laus deserenda est. Ita ceterorum sententiis semotis re-  
linquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate  
certatio; quam quidem certationem homo et acutus et diligens,  
Chrysippus, non contemnit totumque discrimen summi boni  
in earum comparatione positum putat. Ego autem existimo,  
si honestum esse aliquid ostendero, quod sit ipsum sua vi  
propter seque expetendum, iacere vestra omnia; itaque eo  
quale sit breviter, ut tempus postulat, constituto accedam ad  
omnia tua, Torquate, nisi memoria forte defecerit.

45 Honestum igitur id intellegimus, quod tale est, ut detracta  
omni utilitate sine ullis praemiis fructibusve per se ipsum  
possit iure laudari. Quod quale sit, non tam definitione, qua  
sum usus, intellegi potest, quanquam aliquantum potest, quam  
communi omnium iudicio et optimi cuiusque studiis atque

44. quod — coniunctus est] ge-  
wöhnlicher *iunctus ex.* Nicht ohne  
die Absicht dem E. etwas anzu-  
hängen sagt Cicero hier *Epicurus*  
für *summum bonum Epicuri.* Aehn-  
lich Acad. I, 2, 6: si Epicurum —  
probarem; wohl nur der Kürze  
wegen.

et ipse et amici cet.] Durch das  
wiederholte *et* wird jedes Einzelne  
hervorgehoben, hier in dem Sinne,  
dass man nicht mit Epicur allein  
zu thun habe. Hand II, p. 524 ff.  
VI, 1 u. 2.

qui auctoritatem minimam habet]  
vgl. c. 25, 81.

Chrysippus] vgl. Acad. II, 45,  
138. 46, 140.

in earum comparatione cet.] Die  
Entscheidung darüber, was das  
höchste Gut sei, liegt schon in der  
Vergleichung der Tugend mit der  
Lust. Es kann nämlich Niemand  
zweifelhaft sein, welche er vorzieht.  
vgl. de off. I, 17, 58. Anders Acad.

II, 46, 140: unum igitur par, quod  
depugnet, reliquum est, voluptas  
cum honestate.

Cap. XIV, 45—XIX, 63. C.  
giebt nun eine Erklärung dessen,  
was sittlich-gut (*honestum*) ist, und  
weist nach dem Schema der vier  
Cardinaltugenden nach, dass der  
mit Vernunft begabte Mensch eben  
durch seine eigene Natur auf dasselbe  
hingeführt werde. Wenn Epicur  
behauptet, die Tugend werde nur  
um des Vergnügens oder der Vor-  
theile willen, die durch sie erlangt  
würden, erstrebt, so könnten schlaue  
Bösewichter auch durch den Schein  
der Tugend dasselbe erreichen und  
unter diesem alle Verbrechen be-  
gehen. Der Tugendhafte handle  
aus Grundsatz, ohne Nebenrück-  
sichten, wie das ausgezeichnete  
Beispiele aus der röm. Geschichte  
zeigten.

45. Honestum.] Die Definition  
desselben de off. I, 4f.

factis, qui permulta ob eam unam causam faciunt, quia decet,  
quia rectum, quia honestum est, etsi nullum consecuturum  
emolumentum vident. Homines enim, etsi aliis multis, tamen  
hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent  
a natura datam mentemque acrem et vigentem celerrimeque  
multa simul agitantem et, ut ita dicam, sagacem, quae et causas  
rerum et consecutiones videat et similitudines transferat et  
disiuncta coniungat et cum praesentibus futura copulet omnem-  
que complectatur vitae consequentis statum. Eademque ratio  
fecit hominem appetentem eumque his natura et  
sermone et usu congruentem, ut profectus a caritate domesti-  
corum ac suorum serpat longius et se implicet primum civium,  
deinde omnium mortalium societate, atque, ut ad Archytam  
scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriae,  
sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur. Et quoniam eadem  
46 natura cupiditatem ingenuit homini veri videndi, quod facillime  
apparet, cum vacui curis etiam quid in caelo fiat scire avemus,  
his initiis inducti omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia,  
constantia, tum vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periu-  
rium, malitiam, iniuriam. Eadem ratio habet in se quiddam  
amplum atque magnificum, ad imperandum magis quam ad  
parendum accommodatum, omnia humana non tolerabilia so-  
lum, sed etiam levia ducens, altum quiddam et excelsum, nihil  
timens, nemini cedens, semper invictum. Atque his tribus  
47 generibus honestorum notatis quartum sequitur et in eadem  
pulchritudine et aptum ex illis tribus, in quo inest ordo et  
moderatio. Cuius similitudine perspecta in formarum specie

ut ita dicam, sagacem] de div. I,  
31, 65: Sagire enim sentire acute  
est, ex quo sagae anus, quia multa  
scire volunt, et sagaces dicti canes.

serpat] V, 23, 65. Lael. 23, 87.  
vgl. ἔρπειν.

ad Archytam.] Plat. ep. 9. p.  
358, a: Ἀλλὰ κάκεινο δεῖ σε  
ἐνθυμείσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν  
οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ  
τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ  
πατρίς μερίζεται, τὸ δὲ τι οἱ  
γενήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ  
φίλοι. A. aus Tarent, war Pytha-  
goräer c. 400—360 v. Chr. be-  
freundet mit Plato. Diag. L. VIII

c. 4. vgl. Cat. m. 12. Hor. od. I,  
28.

sed — sed] Die Anaphora des  
sed ist bei Cicero selten. pr. Planc.  
8, 21. 10, 24. 42, 102. Tusc. III,  
34, 82. de rep. I, 41, 64. Fast  
immer, nachdem die Anaphora eines  
andern Wortes (*non, quod*) vorher-  
gegangen ist.

47. in eadem pulchritudine] „eben  
so schön“; Hand III, p. 259. Tusc.  
I, 39, 94. III, 18, 42: Quae  
sequuntur in eadem sententia sunt.  
de nat. deor. I, 12, 31.

aptum ex] Acad. II, 10, 31: ex  
qua re una omnis vita apta est.  
similitudo] vgl. V, 15, 42.

ac dignitate transitum est ad honestatem dictorum atque factorum. Nam ex his tribus laudibus, quas ante dixi, et temeritatem reformidat et non audet cuiquam aut dicto protervo aut facto nocere, vereturque quicquam aut facere aut eloqui, quod parum virile videatur.

15 Habes undique expletam et perfectam, Torquate, formam  
48 honestatis, quae tota quattuor his virtutibus, quae a te quoque commemoratae sunt, continetur. Hanc se tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem esse velint, qui honestate summum bonum metiantur. Si ad honestatem enim omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant inesse, aut eos voce inani sonare — his enim ipsis verbis utitur — neque intellegere nec videre, sub hanc vocem honestatis quae sit subicienda sententia. Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. Quod, inquit, quanquam voluptatibus quibusdam est saepe iucundius, tamen  
49 expetitur propter voluptatem. Videsne, quam sit magna dissensio? Philosophus nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est, honestum quid sit, si id non sit in voluptate, negat se intellegere, nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur. Ego autem hoc etiam turpe esse saepe iudico et, si quando turpe non sit, tum esse non turpe, cum id a multitudine laudetur, quod sit ipsam per se rectum atque laudabile; non ob eam causam tamen illud dici esse honestum, quia laudetur a multis, sed quia tale sit, ut, vel si ignorarent id homines vel si obmutuissent, sua tamen

48. *formam honestatis*] de off. I, 5, 15: Formam quidem ipsam — et tamquam faciem honesti vides.

*referantur*] so die Handschriften; über den Wechsel des Act. u. Pass. vgl. c. 7, 21. Das Pass. ist ganz allgemein, „wenn man (die Philosophen) bezüge“ und „Leute (einige Philosophen) sagten“. vgl. Tusc. II, 16, 37.

*aut*] vgl. c. 3, 7.

*voce inani sonare*] Tusc. III, 18, 42: voces inanes fundere. V, 26, 73: inanes sonos fundere.

49. *quod multitudinis rumore*]

Acad. II, 46, 140: qui nomen honestatis a se ne intelligi quidem dicunt, nisi forte, quod gloriosum sit in vulgus, id honestum velimus dicere. Arrian Epict. *Ἐπικούρου λόγος ἀποφαίνων ἢ μηδὲν εἶναι τὸ καλόν, ἢ ἄρα τὸ ἐνδοξόν.*

*tum*] bezieht sich zurück auf *quando*; *cum laudetur* „wenn es gelobt wird“ d. h. wenn es sich gerade trifft, dass es auch von der Menge gelobt wird. In dem Folgenden wird der Gedanke noch deutlicher ausgesprochen und der Nachdruck liegt auf *non ab eam causam*, weshalb dies auch richtig (nach cod. A.) voransteht.

pulehritudine esset specieque laudabile. Itaque idem natura victus, cui obsisti non potest, dicit alio loco id, quod a te etiam paulo ante dictum est, non posse iucunde vivi nisi etiam honeste. Quid nunc *honeste* dicit? idemne, quod *iucunde*? 50 Ergo ita: non posse honeste vivi, nisi honeste vivatur. An nisi populari fama? Sine ea igitur iucunde negat posse vivere? Quid turpius quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intellegit honestum? Certe nihil nisi quod possit ipsum propter se iure laudari. Nam si propter voluptatem, quae est ista laus, quae possit e macello peti? Non is vir est, ut, cum honestatem eo loco habeat, ut sine ea iucunde neget posse vivi, illud honestum, quod populare sit, sentiat et sine eo neget iucunde vivi posse, aut quicquam aliud honestum intellegat nisi quod sit rectum ipsumque per se, sua vi, sua sponte, sua natura laudabile.

Itaque, Torquate, cum diceres clamare Epicurum non 16  
posse iucunde vivi, nisi honeste et sapienter et iuste viveretur, 51  
tu ipse mihi gloriari videbare; tanta vis inerat in verbis propter earum rerum, quae significabantur his verbis, dignitatem, ut altior fieres, ut interdum insisteres, ut nos intuens quasi testificarer, laudari honestatem et iustitiam aliquando ab Epicuro. Quam te decebat iis verbis uti, quibus si philosophi non uterentur, philosophia omnino non egeremus! Istorum enim verborum amore, quae perraro appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis, iustitiae, temperantiae, praestantissimis ingeniis homines se ad philosophiae studium contulerunt. *Oculorum*, 52

*natura victus*] vgl. c. 9, 28.

*paulo ante*] I, 18, 57.

50. *Ergo ita: non posse honeste cet.*] Wenn *honeste* = *iucunde* ist, so kann allerdings immer das eine für das andere substituirt werden; man würde aber hier um so mehr erwarten: *non posse iucunde vivi, nisi iucunde vivatur*, da bei dem Folgenden: *An nisi populari fama* zu ergänzen ist: *An, non posse iucunde vivi, nisi populari fama*; wie der Nachsatz *sine ea cet.* deutlich zeigt.

*negat posse vivere*] so die Handschriften; sowohl in *vivi* zu ändern erscheint bedenklich, als *se* einzuschieben; es ist allerdings *se* zu

ergänzen, über eine solche Auslassung des Pronomens Kr. § 570 A. 4. RH. § 449 A. 604. vgl. de or. III, 20, 74: Petam a vobis, ut ea, quae dicam, non de memetipso, sed de oratore dicere (se. me) putetis.

51. *altior fieres*] vgl. Acad. II, 41, 127.

52. *Oculorum cet.*] Phaedr. c. 65. p. 250 d: *Ὅψις γὰρ ἡμῖν ὀφθαλμῶν διὰ τοῦ σώματος ἐρχεται αἰσθήσεων· ἢ φρόνησις οὐχ ὁραταὶ δεινούς γὰρ ἂν παρέιχεν ἔρωτας, εἰ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργῆς εἶδωλον παρέιχετο εἰς ὄψιν τόν.* vgl. de off. I, 5, 15.

inquit Plato, *est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus; quam illa ardentis amores excitaret si videretur?* Cur tandem? An quod ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? Cur iustitia laudatur? aut unde est hoc contritum vetustate proverbium: *quicum in tenebris?*

Hoc, dictum in una re, latissime patet, ut in omnibus factis re, non teste moveamur. Sunt enim levia et perinfirma, quae dicebantur a te, animi conscientia improbos excruciarum, tum etiam poenae timore, qua aut adficiantur aut semper sint in metu ne adficiantur aliquando. Non oportet timidum aut imbecillo animo fingi non bonum illum virum, qui, quicquid fecerit, ipse se cruciet omniaque formidet, sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet, quo modo occulte, sine teste, sine ullo conscio fallat. An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam, ut anno proximo P. Scaevola tribunus pl. ferret ad plebem, vellente de ea re quaeri. Quo plebiscito decreta a senatu est consuli quaestio Cn. Caepioni; profectus in exsilium Tubulus statim nec respondere ausus; erat enim res aperta.

17 Non igitur de improbo, sed *de callido improbo* quaerimus, qualis Q. Pompeius in foedere Numantino infitiando fuit,

*si videretur.*] Fehlt zwar in den Codd. A u. B (von E schweigt Baiter, Madvig notirt das Fehlen), dürfte aber kaum deshalb mit Madvig zu streichen sein, da es zur Vervollständigung des Gedankens und nach dem griech. Original erforderlich ist.

*quicum in tenebris*] sc. *micos*. vgl. de off. III, 19, 77. Bei dem noch in Italien üblichen Spiele *la mora*; hier ist gemeint, dass im Dunkeln gerathen werden muss, wie viel Finger der Andere ausstreckt.

53. *tum etiam*] ohne vorhergehendes *cum*; de nat. deor. I, 16, 43.

*non bonum illum virum*] „jenen nicht guten Mann“, von dem wir hier reden.

*fallat*] vgl. Hor. epp. I, 16, 61.

54. *L. Hostilius Tubulus*] Prätor 142 v. Chr. (ad Att. XII, 5, 3)

wird von C. häufig als Verbrecher erwähnt. IV, 28, 77. V, 22, 62. de nat. deor. I, 23, 63. III, 30, 74. pr. Scaur. 1, 5. Er soll sich später im Gefängnisse durch Gift getödtet haben.

*exercuisset*] für das Plusq. würde man *exerceret* erwarten oder nachher nicht „*ita* — *cepit*“ sondern „*et* — *cepisset*“.

*Q. Pompeius*] cos. 141. Schloss nach verschiedenen unglücklichen Kämpfen im J. 140 mit den Numantineru einen Vertrag, sie sollten sich ihm unter günstigen Bedingungen ergeben; als er aber den Oberbefehl an seinen Nachfolger M. Popillius Lanas abgeben sollte, leugnete er den von den Numantineru schon zum Theil ausgeführten Vertrag gänzlich ab. Der Vertrag wurde in Rom für ungültig erklärt; Pom-

nec verò omnia timente, sed primum qui animi conscientiam non curet, quam scilicet comprimere nihil est negotii. Is enim, qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam ut dolere alterius improbo facto videatur; quid est enim aliud esse versutum? Memini me adesse P. Sextilio Rufo, cum is rem ad amicos ita deferret, se esse heredem Q. Fadio Gallo, cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem impune; quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat eratque veri similis hunc mentiri, cuius interesset, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam se in legem Voconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adulescentes, sed multi amplissimi viri, quorum nemo censuit plus Fadiae dandum, quam posset ad eam lege Voconia pervenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde, si secutus esset eorum sententiam, qui honesta et recta emolumentis omnibus et commodis anteponebant, nummum nullum attigisset. Num igitur eum postea censes anxio animo aut sollicito fuisse? Nihil minus contraque illa hereditate dives ob eamque rem laetus; magni enim aestimabat pecuniam non modo non contra leges, sed etiam legibus partam, quae quidem vel cum periculo est quaerenda

peius entging der Strafe ausgeliefert zu werden, wie später einer Klage *repetundarum*. 131 wurde er Censor. Vgl. Mommsen R. G. II, S. 14.

*primum*] vgl. I, 6, 17.

*tantum abest ut* — *perficiet etiam*] der gewöhnlich mit *ut* verbundene Nachsatz ist in einen Hauptsatz verwandelt. vgl. V, 20, 57. Kr. § 595 A. 4, 2. Hand II, p. 562.

55. *P. Sextilius Rufus*] ist nicht weiter bekannt, ebenso Q. Fadius, denn er kann nicht derselbe sein mit dem ad fam. IX, 25, 3 als noch lebend erwähnten, da dieser Brief in demselben Jahre 50 geschrieben ist, in das Cic. unser Gespräch setzt und Cic. sagt: *aderamus nos quidem adulescentes*.

*in legem Voconiam iuratum*] Die lex. V. vom J. 174 od. 169 bestimmte, dass Frauenzimmer nicht

zu Universalerben eingesetzt und auch kein Legat über die Hälfte des Vermögens des Testators (wenn er einen Census über 100.000 Sesterze hatte) empfangen dürften. Das Gesetz konnte dadurch umgangen werden, dass der Testator den Erben bat, das Erbtheil später wieder abzutreten und Cicero, der die lex als ungerecht gegen die Frauen tadelt, de rep. III, 10, 17, scheint dieses Verfahren für sehr gerechtfertigt zu halten, da er sagt: *quod debuisset rogare*, vgl. auch § 58. Was es hier mit einer Beedigung auf dieses Gesetz auf sich hat, ist nicht zu ermitteln. Uebrigens scheint nach der Darstellung Fadia ihr Legat oder die Hälfte des Vermögens bekommen zu haben, wobei jedoch Sextilius noch ein sehr grosses Vermögen erbt.

vobis; est enim effectrix multarum et magnarum voluptatum.  
 56 Ut igitur illis, qui, recta et honesta quae sunt, ea statuunt per se expetenda, adeunda sunt quaevis pericula decoris honestatisque causa, sic vestris, qui omnia voluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, ut adipiscantur magnas voluptates. Si magna res, magna hereditas agetur, cum pecunia voluptates pariantur plurimae, idem erit Epicuro vestro faciendum, si suum finem bonorum sequi volet, quod Scipioni, magna gloria proposita, si Hannibalem in Africam retraxisset. Itaque quantum adit periculum! ad honestatem enim illum omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem. Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus † cum causa, si opus erit, dimicabit.  
 57 Occultum facinus esse potuerit, gaudebit; deprehensus omnem poenam contemnet. Erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad ipsum etiam dolorem; quem quidem vos, cum improbis poenam proponitis, impetibilem facitis, cum  
 18 sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem, ut M. Crassus fuit — qui tamen solebat uti suo bono —, ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda; esse enim quam vellet ini-

56. si magna res — agetur] in Verr. IV, 51, 113: Aguntur iniuriae sociorum cet.

P. Corn. Scipio Afr.] maior; cuius consilio atque virtute Hannibal in Africam redire atque Italia decedere coactus est: in Cat. IV, 10, 21. de rep. I, 1, 1.

cum causa] haben die codd. A u. B., Cod. Erl. „ni causa“ s. J. Müller II. p. 12; Cod. Vratisl. (G.) „cum iam sibi“, die Ausgaben meist „animi causa“. Alles dies giebt keinen genügenden oder nur sehr gezwungenen Sinn. Ebenso genügen die Verbesserungsvorschläge nicht: „lucris causa“, „cum sica“, „cum causa“, „sua causa“ (Dav.); „capitis causa“ (Klotz); „cum amico (amica)“ (Madv.); „cum Medusa“ (Haupt); „de capite“ (J. Müller a. O.); dem Sinne nach ist „cum sica“ am besten (als sicarius); dazu passt auch occultum facinus esse potuerit, so wie deprehensus.

57. impetibilem] Tusc. IV, 23, 51: patibiles et dolores et labores putandi.

M. Licinius Crassus.] Durch seinen Reichtum berühmt; Triumvirat mit Pompeius und Cäsar; fiel 53 gegen die Parther.

qui tamen — bono.] Crassus pflegte sich jedoch seines Vermögens zu bedienen, wie denn damals in Rom mit Geld Alles zu machen war, namentlich bei den Wahlen, und so war er auch ein heftiger Gegner Cicero's im J. 64 bei der Consulwahl gewesen. vgl. Aseon. in tog. cand. p. 83. Auch stand Cicero lange nicht immer mit Crassus in gutem Vernehmen. ad fam. XIV, 2, 2: sed Crassum tamen metuo. I, 9, 20 ff.

Cn. Pompeius] Magnus; war im J. 52 alleiniger Consul und stand auf der Höhe seiner Macht.

quam vellet] de nat. deor. II, 17, 46. vgl. Rr. § 606, 2. 1).

quus poterat impune. Quam multa vero iniuste fieri possunt, quae nemo possit reprehendere! Si te amicus tuus moriens 58 rogaverit, ut hereditatem reddas suae filiae, nec usquam id scripserit, ut scripsit Fadius, nec cuiquam dixerit, quid facies? Tu quidem reddes; ipse Epicurus fortasse redderet, ut Sex. Peducaeus, Sex. f., is, qui hunc nostrum reliquit effigiem et humanitatis et probitatis suae filium, cum doctus, tum omnium vir optimus et iustissimus, cum sciret nemo eum rogatum a C. Plotio, equite Romano splendido, Nursino, ultra ad mulierem venit eique nihil opinanti viri mandatum exposuit hereditatemque reddidit. Sed ego ex te quaero, quoniam idem tu certe fecisses, nonne intellegas eo maiorem vim esse naturae, quod ipsi vos, qui omnia ad vestrum commodum et, ut ipsi dicitis, ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis, e quibus appareat non voluptatem vos, sed officium sequi, plusque rectam naturam quam rationem pravam valere? Si scieris, inquit Carneades, aspitem occulte latere uspiam et velle aliquem imprudentem super eam adsidere, cuius mors tibi emolumentum futura sit, improbe feceris, nisi monueris ne adsidat. Sed impunitè tamen; scisse enim te quis coarguere possit? Sed nimis multa. Perspicuum est enim, nisi aequitas, fides, iustitia proficiscantur a natura, et si omnia haec ad utilitatem referantur, virum bonum non posse reperiri, deque his rebus satis multa in nostris de re publica libris sunt dicta a Laelio.

Transfer idem ad modestiam vel temperantiam, quae est 19 60

58. Sex. Peducaeus] war im J. 75 Prätor in Sicilien, als Cicero Quästor dasselbst war; er wird öfters sehr rühmend erwähnt. Verr. II, 56, 138: vir fortissimus atque innocentissimus. vgl. ad Att. X, 1, 1. Sein Sohn (hic noster) öfters von C. erwähnt. ad Att. XIII, 1, 3: Ego vero Peducaeam nostrum vehementer diligo. Nam et quanti patrem feci, totum in hunc, et ipsum per se aequè amo, atque illum amavi.

C. Plotius] nicht weiter bekannt. nonne intellegas] nonne in indir. Frage wie III, 4, 13. u. ö. vgl. RH. § 275, 2. Hand IV, p. 310.

59. emolumentum] vgl. Liv. VI, 30, 9: domestica quies — solatium fuit. III, 38, 3 u. ö. futura hat

sich nach dem ersten Substantive gerichtet. vgl. RH. § 190, 2 u. A. 330.

impunitè] so noch bei Matius: ad fam. XI, 28, 3. impunitus Fest. s. v. „non omnibus“ p. 173. ed. Müll.

in nostris de r. p. libris] besonders im dritten Buche, wo Philus mit Spitzfindigkeiten des Carneades zu beweisen sucht, dass Vergrößerung der Macht oft Ungerechtigkeit fordere, von Laelius aber widerlegt wird.

60. modestiam vel temp.] vel bei synonymen Ausdrücken RH. § 254, 2. de rep. I, 26, 41: eius modi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt. de nat. deor. II, 15, 41.



moderatio cupiditatum rationi oboediens. Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat? An est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia? Quid? fortes viri voluptatumne calculis subductis proelium ineunt, sanguinem pro patria profundunt, an quodam animi ardore atque impetu concitati? Utrum tandem censes, Torquate, Imperiosum illum, si nostra verba audiret, tuamne de se orationem libentius auditurum fuisse an meam, cum ego dicerem nihil eum fecisse sua causa omniaque rei publicae, tu contra nihil nisi sua? Si vero id etiam explanare velles aper-  
 61 eum tandem laturum fuisse existimas? Esto: fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates — malo enim dicere quam voluptates, in tanto praesertim viro —; num etiam eius collega P. Decius, princeps in ea familia consulatus, cum se devoveret et equo admissio in mediam aciem Latinorum irruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? Ubi [ut] eam caperet aut quando, cum sciret confestim esse moriendum eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat? Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius,

*Imperiosum illum*] vgl. I, 7, 23. *malo enim dicere*] sc. *utilitates*.

61. *P. Decius*] Mus Cons. 340 in der Schlacht am Vesperis; sein Sohn Cons. 306, 304, 297 u. 295 in der Schlacht bei Sentinum; der Enkel Cons. 279 soll sich bei Asculum geweiht haben oder haben weihen wollen. Parad. I, 2, 12 werden auch nur die beiden ersten erwähnt.

*cum se devoveret*] mit den besten Handschriften; Baiter hat es in der kleinen Ausgabe in kritische Klammern eingeschlossen und Madvig in *devoverat* (der Grund, dass das Plusq. stehen müsse, weil das *devovere* dem *irruere* vorangegangen wäre, ist nichtig) verändert; Letzterer erklärter Massen, weil er leugnet, dass bei Cic. zwei durch die Copula verbundene Verba in verschiedenem Modus von derselben Conjunction abhängig wären. Wenn man freilich die Stellen auch

gegen alle Codices ändert, wie pr. Rose. Am. 23, 64 vgl. 29, 81, so bleibt allerdings kein Beispiel des wechselnden Modus bei Cic. übrig; dass ein solcher bei den Griechen vorkommt, also logisch und sprachlich zulässig ist, vgl. u. A. Bernhardt Synt. S. 389. Fürs Lat. Hand II, p. 486.

*Ubi [ut] eam*] in cod. A. ist von zweiter Hand *ut* in *aut* corrigirt; diese verbessert häufig sehr richtig, aber *aut* kann doch diese Stelle nicht einnehmen; die Verschiedenheit der Handschriften dürfte wohl darauf hindeuten, dass *ut* zu streichen ist, wodurch die Rede viel klarer wird. *eam* nämlich *voluptatem*, aus dem Vorhergehenden *voluptates* zu entnehmen; hier konnte der Plur. nicht stehen, die Härte hätte sich nur vermeiden lassen, wenn Cic. vorher *de voluptate sua* gesagt hätte. Aehnlich Acad. II, 7, 22. de div. 33, 72.

neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in proelio seque e continenti genere tertiam victimam rei publicae praebuisset. Contineo me ab exemplis. Graecis hoc modicum est, Leonidas, Epaminondas, tres aliqui aut quattuor; ego, si nostros colligere coepero, perficiam illud quidem, ut se virtuti tradat constringendam voluptas; sed dies me deficiet et, ut A. Varius, qui est habitus iudex durior, dicere consessori solebat, cum datis testibus alii tamen citarentur: *aut hoc testium satis est aut nescio, quid satis sit*; sic a me satis datum est testium. Quid enim? Te ipsum, dignissimum maioribus tuis, voluptasne induxit, ut adulescentulus eriperes P. Sullae consulatum? Quem cum ad patrem tuum rettulisses, fortissimum virum, qualis ille vel consul vel civis cum semper, tum post consulatum fuit! Quo quidem auctore nos ipsi ea gessimus, ut omnibus potius quam ipsis nobis consuluerimus. At quam pulchre dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatam aliquem plurimis et maximis voluptatibus, nullo nec praesenti nec futuro dolore, ex altera autem cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adiuncta nec sperata voluptate, et quaerebas: quis aut hoc miserior aut superiore illo beator? deinde concludebas, summum malum esse dolorem, summum bonum voluptatem! L. Thorius Balbus fuit, Lanuvinus, quem meminisse tu non potes. Is ita vivebat, ut nulla tam exquisita posset inveniri voluptas, qua non abun-

62. *tres aliqui*] „etwa drei“. ad Att. IV, 4b, 1: *velim mihi mittas de librariolis duos aliquos*.

*eriperes — consulatum*] In J. 66 waren P. Sulla und P. Autronius Paetus zu Consula gewählt, der junge Torquatus klagte sie *de ambitu* an, worauf sie verurtheilt und an ihrer Statt der Vater L. Manlius Torquatus und L. Aurelius Cotta zu Consula gewählt wurden. pro Sull. 17, 49 f. Es war dies das Jahr der ersten catilinarischen Verschwörung. Bei der zweiten standen beide Torquati dem Cicero rühmlichst bei; pr. Sull. 12, 34, daher nachher „*quo quidem auctore cet.*“

*ut consuluerimus*] Kr. § 621.

63. *cum — ponebas*] I, 12, 40. Das. zu *nullo nec — nec*.

*Cap. XX, 63. — XXI, 69.* Wenn Epicurs Ansicht wahr wäre, so müsste man Leute, die in allen Genüssen schwelgten, wenn sie dabei nur vorsichtig wären, glücklicher nennen als diejenigen, welche sich durch heldenmüthige Thaten ausgezeichnet hätten; deshalb könnten die Epicureer auch keine Beispiele aus der Geschichte für ihre Lehren anführen. Die Tugenden wären ihnen nur Mittel für das Vergnügen.

*Balbus*] nicht weiter bekannt; von ihm ist eine Münze vorhanden mit dem Kopf der Iuno Sospita.

*quem meminisse tu non potes*] vgl. Cat. m. 5, 14. de off. III, 2, 5: a Cratippo nostro, principe huius memoriae philosophorum.

daret. Erat et cupidus voluptatum et eius generis intellegens et copiosus, ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria sacrificia et fana contemneret, ita non timidus ad mortem, ut 64 in acie sit ob rem publicam interfectus. Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate; habebat tamen rationem valetudinis; utebatur iis exercitationibus, ut ad cenam et sitiens et esuriens veniret, eo cibo, qui et suavissimus esset et idem facillimus ad concoquendum, vino et ad voluptatem et ne noceret; cetera illa adhibebat, quibus demptis negat se Epicurus intellegere quid sit bonum. Aberat omnis dolor, qui si adesset, nec molliter ferret et tamen medicis plus quam philosophis uteretur; color egregius, integra valetudo, summa gratia, 65 vita denique conferta voluptatum omnium varietate. Hunc vos beatum; ratio quidem vestra sic cogit; at ego quem huic antepo-  
66 non ab audeo dicere, dicet pro me ipsa virtus nec dubitabit isti vestro beato M. Regulum antepone, quem quidem, cum sua voluntate, nulla vi coactus praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria Karthaginem revertisset, tum ipsum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. Bella magna gesserat, bis consul fuerat, triumpharat, nec tamen sua illa superiora tam magna neque tam praeclara ducebat quam illum ultimum casum, quem propter fidem constantiamque susceperat, qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetenti erat voluntarius. Non enim

*eius generis*] „in derartigem“, vgl. ad Att. XIII, 12, 3: seis me antea orationes aliquid id genus solitum scribere.

*in sua patria sacr.*] in Lanuvium war namentlich der Tempel der Iuno Sospita berühmt. de div. I, 2, 4. 44, 99. de nat. deor. I, 29, 82. *timidus ad mortem*] Hand I, p. 106.

64. *vino — ne noceret*] vgl. c. 22, 71: ne malum habeat. ad fam. VI, 7, 6: librum — ita corrigas, ne mihi noceat. Kr. § 593, A. 3 u. Nr. 2.

*qui si adesset*] Obj. zu *nec molliter ferret*, wie „quem, si adesset, — ferret. Kr. § 553, 2, a.

65. *M. Atilius Regulus*] der 255 eine Schlacht gegen die Karthager verlor und in ihre Gefangenschaft gerieth, soll von diesen 251 oder

241 nach Rom geschickt sein, um Frieden zu vermitteln, denselben den Römern aber widerrathen haben und nachdem er seinem Versprechen gemäss nach Karthago zurückgekehrt war, daselbst grausam zu Tode gemartert sein. Die Erzählung ist fabelhaft ausgeschmückt, vgl. Mommsen I, S. 530, Anm. R. wird viel auch bei C. erwähnt V, 27, 82. de off. I, 13, 39. III, 26, 99 f. in Pis. 19, 43 u. ö. Consul war er 267 und triumphirte über die Einnahme von Brundisium; zum zweiten Male Cons. 256 v. Chr. *cum ipsum*] „gerade zu der Zeit“, vgl. Grysar p. 160 f. de off. II, 17, 60.

*in rosa*] vgl. Hor. od. I, 5, 1. *voluntarius*] mit den uns sicher bekannten Codd., während die neuern

hilaritate nec lascivia nec risu aut ioco, comite levitatis, saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. Stuprata per 66 vim Lucretia a regis filio, testata civis, se ipsa interemit. Hic dolor populi Romani duce et auctore Bruto causa civitati libertatis fuit, ob eiusque mulieris memoriam primo anno et vir et pater eius consul est factus. Tenuis L. Verginius unusque de multis sexagesimo anno post libertatem receptam virginem filiam sua manu occidit potius, quam ea Ap. Claudii libidini, qui tum erat summo imperio, dederetur. 21

Aut haec tibi, Torquate, sunt vituperanda aut patrocini-  
67 voluptatis repudiandum. Quod autem patrocini-  
68 ista causa est voluptatis, quae nec testis ullos e claris viris nec laudatores poterit adhibere? Ut enim nos ex annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis, qui voluptatis nomen audire non possent, sic in vestris disputationibus historia muta est. Nunquam audivi in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themistoclem, Epaminondam nominari, qui in ore sunt ceterorum omnium philosophorum. Nunc vero, quoniam haec nos etiam tractare coepimus, suppeditabit nobis Atticus noster e thesauris suis quos et quantos viros! Nonne melius est de his 68 aliquid quam tantis voluminibus de Themista loqui? Sint ista Graecorum, quanquam ab his philosophiam et omnis ingenuas

Ausg. *voluptarius* haben; dies giebt zwar einen schärferen Gegensatz zu *miserabilis*. Cicero dürfte aber schwerlich den Ausdruck in einer Disputation gebraucht haben, in der er leugnet, dass die *voluptas* der Beweggrund edler Männer gewesen sei, da der Gegner hätte sofort einwerfen können: „da haben wir ja gerade wieder die *voluptas* als Triebfeder bei Regulus.“ *Voluntarius* bildet aber auch in sofern einen Gegensatz, als Reg. sich dem Schicksal freiwillig unterzog, weil er es nicht für *miserabilis* hielt, sondern für etwas der Pflicht entsprechendes; vgl. auch § 67: quae ista causa est, quae nec testis ullos e claris viris nec laudatores poterit adhibere? u. § 65; cum sua voluntate, nulla vi coactus (wo B u. E fälschlich *voluptate* haben), so wie *firmi-*

*tate et constantia*.

*tristes*] „ernst“. in Verr. act. I, 10, 30: P. Sulpicius iudex tristis et integer. de off. I, 30, 108.

66. *Lucretia*] de rep. II, 25, 46. Liv. I, 57 ff.

*L. Verginius*] de rep. II, 37, 63. Liv. III, 44 ff.

67. *T. Pomponius Atticus*] vgl. I, 5, 16; einer der grössten Kenner der römischen Geschichte, hatte eine Chronik des röm. Staates verfasst bis zum J. 54 v. Chr. vgl. Brut. 3, 13 ff. Aus Ciceros Briefen an denselben ersieht man, wie häufig C. sich bei ihm über die Geschichte Rathes erholte.

68. *Themista*] eine Freundin Epicurus, die Gattin des Leontes von Lampsacus. Diog. L. X, 5 u. 25. in Pis. 26, 63.

disciplinas habemus, sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnans Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quicquam esse bonum nisi quod honestum sit, alteri plurimum se et longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse quaedam bona. Et certamen honestum et disputatio splendida! Omnis est enim de virtutis dignitate contentio. At cum tuis cum disseras, multa sunt audienda etiam de obscenis voluptatibus, de quibus ab Epicuro saepissime dicitur. Non potes ergo ista tueri, Torquate, mihi crede, si te ipse et tuas cogitationes et studia perspexeris; pudebit te, inquam, illius tabulae, quam Cleanthes sane commode verbis depingere solebat. Iubebat eos, qui audiebant, secum ipsos cogitare pictam in tabula Voluptatem, pulcherrimo vestitu et ornatu regali in solio sedentem; praesto esse Virtutes ut ancillas, quae nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut Voluptati ministrarent et eam tantum ad aurem admonerent, si modo id pictura intellegi posset, ut caveret ne quid faceret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quicquam, e quo oreretur aliquis dolor: Nos quidem Virtutes sic natae sumus, ut tibi serviremus; aliud negotii nihil habemus.

22  
70

At negat Epicurus — hoc enim vestrum lumen est —

quod — liceat illis] Rr. § 686 u. A.

alteri negant — alteri] sc. dicunt, vgl. I, 9, 30. II, 8, 25. Rr. § 660, 1. Grysar p. 312.

Et certamen cet.] „Und das ist etc.“

cum disseras] der Conj. von einem angenommenen Falle, und es bedarf dabei doch nicht des Conj. sint audienda. „Wenn du mit deinen Leuten sprechen solltest, so wird man zu hören bekommen.“ So dürfte auch wohl de rep. III, 13, 23 mit den Codd. zu schreiben sein: cum autem certi — rempublicam teneant, est factio.

69. si te ipse et — et] Hand II, p. 480, Nr. 11. Aus dem Allgemeinen ist noch Specielles mit et — et hervorgehoben.

Cleanthes] aus Assos in Troas, Nachfolger des Zeno, wird besonders wegen seiner Charakterfestig-

keit genannt; in hohem Alter soll er sich bei einer Krankheit durch Hunger getötet haben. Acad. II, 41, 126: Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus. Diog. L. VII, 168 ff.

si modo — posset] Clausel des Cleanthes.

Cap. XXII, 70. — XXIV, 77. Wenn Epicur sage, man könne nicht glücklich leben, wenn man nicht sittlich lebe, so verlange er doch nur den Schein, wenn der eigentliche Zweck der Handlungen die voluptas wäre; die Epicureer dürften ihr wirkliches Motiv gar nicht öffentlich aussprechen, dass sie Alles um des Vergnügens willen thäten; sie müssten immer, wenn sie nicht unter sich wären, anders reden als sie dächten.

70. Epicurus — hoc enim vestrum lumen est] vgl. Rr. § 300, 2 b u. 670, 3, 3.

quemquam, qui honeste non vivat, iucunde posse vivere. Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget; illud quaero, quid ei, qui in voluptate summum bonum ponat, consentaneum sit dicere. Quid adfers, cur Thorius, cur † Chius Postumius, cur omnium horum magister, Orata, non iucundissime vixerit? Ipse negat, ut ante dixi, luxuriosorum vitam reprehendendam, nisi plane fatui sint, id est, nisi aut cupiant aut metuant; quarum ambarum rerum cum medicinam pollicetur, luxuriae licentiam pollicetur; his enim rebus detractis negat se reperire in asotorum vita quod reprehendat. Non igitur potestis voluptate omnia dirigentes aut tueri aut retinere virtutem; nam nec vir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinere se ab iniuria: nosti credo illud:

Nemo pius est, qui pietatem - - -

Cave putes quicquam esse verius; nec enim, dum metuit, iustus est; et certe, si metuere destiterit, non erit; non metuet autem, sive celare poterit sive opibus magnis, quicquid fecerit, obtinere, certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur. Ita [quod certissimum est] pro vera

quid ille aiat — consentaneum sit dicere] vgl. de off. III, 33, 117. zu aiat: de fat. 16, 37: contraria autem — ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat.

cur † Chius Postumius] da ein solcher gänzlich unbekannt ist, vermuthen einige, es sei C. Hirrius zu lesen, nach Plin. hist. n. IX, 55: Murenarum vivarium privatim excogitavit ante alios C. Hirrius, qui cenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex milia numero murenarum mutua appendit; nam permutare quidem pretio noluit aliave merce huius villam cet. Sie lesen dann weiter: cur Postumius. Die hier genannten sind nicht gerade Epicureer. vgl. Zeller III, 1, p. 351.

C. Sergius Orata] oder Aurata, ein bekannter Bonvivant, nach Macrobius Sat. II, 11 soll er von Goldforellen, nach Festus p. 182. b, von zwei grossen goldenen Ringen seinen Beinamen gehabt haben. vgl. de off. III, 16, 67. de or. I, 39, 178. Hortensii fragm. p. 985, Nr.

70 aus August. de vit. beat. c. 26. Val. Max. IX, 1, 1.

ut ante dixi] c. 7, 21.

71. nam nec vir cet.] es folgt kein zweites Glied mit nec; § 72 wird die Rede in anderer Weise fortgesetzt, vgl. I, 7, 23.

ne malum habeat] de legg. I, 14, 41. ad Att. VII, 2, 4.

Nemo pius cet.] Woher die Worte genommen sind, wissen wir nicht; zur Sache vgl. de nat. deor. I, 2, 3: In specie autem fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, item pietas inesse non potest.

poterit] mit Cod. A. andere Codd. potuerit, das hier nicht am Platze ist, „er wird sich nicht fürchten, wenn er — können wird (kann).“

quicquid fecerit, obtinere] vgl. I, 16, 52.

ut non sit] concessiv. ad Att. II, 15, 2: ut hoc non sit — praeclarum spectaculum mihi propono. Rr. § 607, A. 1.

[quod certissimum est] scheint eine Randbemerkung zu sein, die

certaque iustitia simulationem nobis iustitiae traditis praecipitisque quodam modo ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.

- 72 Quae dici eadem de ceteris virtutibus possunt, quarum omnium fundamenta vos in voluptate tanquam in aqua ponitis. Quid enim? fortemne possumus dicere eundem illum Torquatum? — delector enim, quanquam te non possum, ut ais, corrumpere, delector, inquam, et familia vestra et nomine. Et hercule mihi vir optimus nostrique amantissimus, A. Torquatus, versatur ante oculos, cuius quantum studium et quam insigne fuerit erga me temporibus illis, quae nota sunt omnibus, scire necesse est utrumque vestrum; quae mihi ipsi, qui volo et esse et haberi gratus, grata non essent, nisi eum perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua, nisi hoc dieis sua, quod interest omnium recte facere. Si id dicis, vicimus; id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus
- 73 sit ipsum officium. Hoc ille tuus non vult omnibusque ex rebus voluptatem quasi mercedem exigit. — Sed ad illum redeo. Si voluptatis causa cum Gallo apud Amienem depugnavit provocatus et ex eius spoliis sibi et torquem et cognomen induit ullam aliam ob causam, nisi quod ei talia facta digna viro videbantur, fortem non puto. Iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia poenae aut infamiae metu coërcerentur, non sanctitate sua se tuebuntur, quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se proripiet ac proiciet aut
- 74 occultatione proposita aut impunitate aut licentia? Quid? illud, Torquate, quale tandem videtur, te isto nomine, ingenio, gloria, quae facis, quae cogitas, quae contendis quo referas, cuius rei causa perficere quae conaris velis, quid optimum denique in

in den Text eindrang. vgl. I, 6, 19. II, 24, 79. 27, 87.

72. *eundem illum Torq.*] I, 7, 23. Der Gedanke wird erst im folgenden § nach längerer Einschlebung weiter verfolgt.

*ut ais*] I, 10, 34.

*Aulus Manlius Torquatus*] war nach Ascon. in. Mil. p. 40 Prätor im J. 52. Cic. hat im J. 45 an ihn die Briefe ad fam. VI, 1—4 geschrieben, da T. nach der Besiegung des Pompejus in der Verbannung lebte. Er wird noch öfter erwähnt

ad Att. V, 1, 5. 4, 2. 21, 10. VI, 1, 6. VII, 14, 2.

*gratus, grata*] Wortspiel mit verschiedener Bedeutung. Zusammenstellung s. c. 21, 68.

73. *quasi mercedem exigit*] Lael. 21, 80: Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipso mercedem exigit caritatis suae cet.

*pudor — coërceruntur*] der Plur. trotz der Zusammenfassung; das Verbum in seiner ersten Bedeutung „zusammenhalten“ hier: „aufrecht erhalten“. §

vita iudices, non audere in conventu dicere? Quid enim mereri velis, iam cum magistratum inieris et in contionem ascenderis — est enim tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo, et fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis et de te ipso dices more maiorum —, quid merearis igitur, ut dicas te in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse teque nihil fecisse in vita nisi voluptatis causa? An me, inquis, tam amentem putas, ut apud imperites isto modo loquar? At tu eadem ista dic in iudicio aut, si coronam times, dic in senatu. Nunquam facies. Cur, nisi quod turpis oratio est? Mene ergo et Triarium dignos existimas, apud quos turpiter loquare? Verum esto: verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem, nec nos fortasse intellegimus; hoc enim identidem dicitis, non intellegere nos, quam dicatis voluptatem. Rem videlicet difficilem et obscuram! Individua cum dicitis et intermundia, quae nec sunt ulla nec possunt esse, intellegimus; voluptas, quae passeribus nota est omnibus, a nobis intellegi non potest? Quid? si efficio ut fateare me non modo quid sit voluptas scire — est enim iucundus motus in sensu —, sed etiam, quid eam tu velis esse? tum enim eam ipsam vis, quam modo ego dixi, et nomen imponis, in motu ut sit et faciat aliquam varietatem, tum aliam quandam summam voluptatem, cui addi nihil possit; eam tum adesse, cum dolor omnis absit; eam stabilem appellas. Sit sane ista voluptas. Dic in quovis conventu te omnia facere, ne doleas. 76 Si ne hoc quidem satis ample, satis honeste dici putas, dic te omnia et in isto magistratu et in omni vita utilitatis tuae causa facturum, nihil nisi quod expediat, nihil denique nisi tua causa;

74. *quid mereri velis*] „was müsste man dir geben?“ „um welchen Preis?“ vgl. de nat. deor. I, 24, 67: Quid enim mereas, ut Epicureus esse desinas? in Verr. IV, 60, 135.

*iam*] „schon“, „schon nächstens“ oder „bald“. vgl. c. 28, 92: iam enim adesse poterit. Torquatus wurde 50 v. Chr. Prätor und war jetzt *praetor designatus*. Der Prätor hatte durch ein Edict die Rechtsgrundsätze bekannt zu machen, nach denen er Recht sprechen wollte; dass er sich in öffentlicher Versammlung darüber auszusprechen hatte, ist nicht weiter bezeugt, er

hatte aber das *ius contionis*; *ius cum populo patribusque agendi*, de legg. III, 4, 10.

75. *intermundia*] Diog. L. X, 89: *ἐν — μετακοσμίῳ, ὃ λέγομεν μεταξὺ κόσμων διάστημα*. vgl. de nat. deor. I, 8, 18. Der Zwischenraum zwischen den unzähligen Welten, das. c. 20, 53.

*in motu ut sit*] vgl. c. 3, 10 u. c. 10, 31: voluptate — stante an movente.

*cui addi cet.*] Cod. A hat „quo“, Codd. B u. E „qua“. Ohne die Aenderung *cui* dürfte wohl kein Sinn in die Stelle zu bringen sein.

quem clamorem contionis aut quam spem consulatus eius, qui tibi paratissimus est, futuram putas? Eamne rationem igitur sequere, qua tecum ipse et cum tuis utare, profiteri et in medium proferre non audeas? At vero illa, quae Peripatetici, quae Stoici dicunt, semper tibi in ore sunt, in iudiciis, in senatu; officium, aequitatem, dignitatem, fidem, recta, honesta, digna imperio, digna populo Romano, omnia pericula pro re publica, mori pro patria, haec cum loqueris, nos barones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides. Nam inter ista tum magna verba tamque praeclara non habet ullum voluptas locum, non modo illa, quam in motu esse dicitis, quam omnes urbani, rustici, omnes, inquam, qui Latine loquuntur, voluptatem vocant, sed ne haec quidem stabilis, quam praeter vos

24 nemo appellat voluptatem. Vide igitur ne non debeas verbis nostris uti, sentiis tuis. Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior viderere, non esses tui similis; verba tu fingas et ea dicas, quae non sentias? aut etiam, ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur? Vide, quaeso, rectumne sit. Mihi quidem eae verae videntur opiniones, quae honestae, quae laudabiles, quae gloriosae, quae in senatu, quae apud populum, quae in omni coetu concilioque profitendae sint, ne id non pudeat sentire, quod pudeat dicere.

78 Amicitiae vero locus ubi esse potest aut quis amicus esse cuiquam, quem non ipsum amet propter ipsum? Quid autem est amare, e quo nomen ductum amicitiae est, nisi velle bonis aliquem adfici quam maximis, etiam si ad se ex his nihil redeat? Et prodest, inquit, mihi eo esse animo. Immo videri

76. *sequere*] fut. vgl. Parad. I, 3, 14.

*profiteri*] aus dem Vorhergehenden „quam“ zu ergänzen. Kr. § 556, A. *officium* cet.] abhängig von *loqueris* und in *haec* das Vorhergehende alles zusammengefasst.

77. *Vide ne*] Kr. § 577, A. 3. *profitendae*] Kr. § 487, A. 5, 1. *Cap. XXIV, 78. — XXVI, 85.*

Auch die Freundschaft könne nach der epicureischen Lehre nicht bestehen; es würde nur der Schein der Freundschaft sein, wenn sie um des Vortheils willen geknüpft würde und sie würde sofort aufhören, wenn

dieser wegfiel. Aufopferung für einen Freund wäre da nicht denkbar. Torquatus würde derselben allerdings fähig sein, aber das stimmt nicht mit der epicureischen Lehre überein, wie denn auch Epicur ein ausgezeichnete Freund gewesen sein möchte, aber er hätte dann, wie auch andere Epicureer besser gehandelt als geredet. Die Erklärungen des Torquatus über die Entstehung der Freundschaften nach epicureischen Ansichten seien alle nicht stichhaltig.

78. *ad se*] vgl. I, 20, 67.

*inquit*] vgl. I, 2, 4.

fortasse; esse enim, etsi videris, non potes. Qui autem esse poteris, nisi te amor ipse ceperit? quod non subducta utilitatis ratione effici solet, sed ipsum a se oritur et sua sponte nascitur. At enim sequor utilitatem. Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur utilitas, et, si utilitas constituet amicitiam, tollet eadem. Sed quid ages tandem, si utilitas ab amicitia, ut fit saepe, defecerit? Relinquesne? quae ista amicitia est? Retinebis? qui convenit? Quid enim de amicitia statueris utilitatis causa expetenda, vides. Ne in odium veniam, si amicum destitero tueri. Primum cur ista res digna odio est, nisi quod est turpis? Quod si, ne quo incommodo adficiare, non relinques amicum, tamen, ne sine fructu adligatus sis, ut moriatur optabis. Quid? si non modo utilitatem tibi nullam adferet, sed iacturae rei familiaris erunt faciundae, labores suscipiendi, adeundum vitae periculum, ne tum quidem te respicies et cogitabis sibi quemque natum esse et suis voluptatibus? Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille Siculo fecit tyranno, aut, Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut mori pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares et, si id non probares, quo minus ambo una necaremini non recusares? Faceres tu quidem, Torquate,

25  
80

*esse enim, etsi videris*] Die Handschriften haben „esse enim, nisi eris“, was entschieden sinnlos ist und von Cicero nicht herrühren kann. Graser a. O. hat verbessert: „esse enim, nisi videris, non prodest.“ mit ihm Baier; der Gedanke passt aber nicht in den Zusammenhang. Die leichteste Aenderung ist in den Text gesetzt: „(Wirklich) haben kannst du diese Gesinnung nicht, wenn es auch so scheint. Wie willst du aber auch diese Gesinnung haben können etc.“

*subducta util. ratione*] vgl. c. 19, 60. de nat. deor. III, 29, 71: inita subductaque ratione nefaria scelera meditantur.

*tollet eadem*] vgl. III, 20, 71: eadem enim utilitates poterunt eas labefactare atque pervertere. vgl. Aristot. eth. Nicom. VIII, 3, 2 ff.

79. *primum*] vgl. I, 6, 17.

*Pythagoreus ille*] Damon. Vgl. Aristoxenus bei Jamblichus vit. Py-

thag. 33, 253. Cic. de off. III, 10, 45. Tusc. V, 22, 63, wo die Geschichte auf den ältern Dionysius bezogen wird, während Aristox. sie vom jüngern erzählt; bei diesem heisst der Freund Phintias. Schiller ist in der Bürgschaft dem Hyginus fab. 257 gefolgt, der die Freunde Mörus und Selinuntius nennt.

*fecit tyranno*] näm. *vadem se dedit.*

*Pylades* cet.] vgl. zu V, 17, 22, wo die Worte aus des Pacuvius Dulorestes angeführt sind. Lael. 7, 24.

*non recusares*] die Codd. haben *non precarere*, dass davon aber, auch wenn man es zu einem Begriff zusammenzieht, wie Madvig will, *quo minus* abhängen sollte, ist kaum anzunehmen; auch *non deprecare* (Orelli) giebt keinen genügenden Sinn; vielmehr dürfte dem ursprünglichen „non recusares“ als Erklärung aus V, 17, 22 „deprecare“ beigeschrieben und dann für *recusares*

haec omnia; nihil enim arbitror esse magna laude dignum, quod te praetermissurum credam aut mortis aut doloris metu. Non quaeritur autem, quid naturae tuae consentaneum sit, sed quid disciplinae. Ratio ista, quam defendis, praecepta, quae didicisti, quae probas, funditus evertunt amicitiam, quamvis eam Epicurus, ut facit, in caelum efferat laudibus. At coluit ipse amicitias. Quis, quaeso, illum negat et bonum virum et comem et humanum fuisse? De ingenio eius in his disputationibus, non de moribus quaeritur. Sit ista in Graecorum levitate perversitas, qui maledictis insectantur eos, a quibus de veritate dissentiunt. Sed quamvis comis in amicis tuendis fuerit, tamen, si haec vera sunt — nihil enim adfirmo —, non satis acutus fuit. At multis se probavit. Et quidem iure fortasse, sed tamen non gravissimum est testimonium multitudinis. In omni enim arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est. Ac mihi quidem, quod et ipse bonus vir fuit et multi Epicurei et fuerunt et hodie sunt et in amicitiiis fideles et in omni vita constantes et graves nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur maior vis honestatis et minor voluptatis. Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio. Atque ut ceteri dicere existimantur melius quam facere, sic hi mihi videntur facere melius quam dicere. Sed haec nihil sane ad rem; illa videamus, quae a te de amicitia dicta sunt; e quibus unum mihi videbar ab ipso Epicuro dictum cognoscere, amicitiam a voluptate non posse divelli ob eamque rem colendam esse, quod, cum sine ea tuto et sine metu vivi non posset, ne iucunde quidem posset. Satis est ad hoc responsum. Attulisti aliud humanius horum recentiorum, nunquam dictum ab ipso illo, quod sciam, primo utilitatis causa amicum expeti, cum autem usus accessisset, tum ipsum amari per se, etiam ommissa spe voluptatis. Hoc etsi multimodis reprehendi potest, tamen accipio quod dant; mihi enim satis est, ipsis non satis; nam aliquando posse recte fieri dicunt nulla expectata nec quaesita voluptate. Possuisti etiam dicere alios foedus quoddam inter se facere sa-

irrhümlich in den Text gekommen sein. recusare quo minus: I, 3, 7.

80. *bonum virum* cet.] vgl. zu I, 20, 65.

82. *ab ipso E. dictum*] I, 20, 66. *recentiorum*] I, 20, 69.

*quod dant*] vgl. c. 27, 86. de off.

III, 7, 33: postulo — ut mihi concedas — Sin hoc non licet per Cratippum, at illud certe dabis cet. *multimodis*] über die Form Cic. or. 45, 153, der sie eben so wenig verwirft wie die Form *bellum*.

83. *dicere alios*] I, 20, 70.

pientis, ut, quem ad modum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos; id et fieri posse et saepe esse factum et ad voluptates percipiendas maxime pertinere. Hoc foedus facere si potuerunt, faciant etiam illud, ut aequitatem, modestiam, virtutes omnis per se ipsas gratis diligant. An vero, si fructibus et emolumentis et utilitatibus amicitias coleamus, si nulla caritas erit, quae faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se et propter se expetendam, dubium est quin fundos et insulas amicis anteponamus? Licet hic rursus ea commo-84 mores, quae optimis verbis ab Epicuro de laude amicitiae dicta sunt. Non quaero quid dicat, sed quid convenienter possit rationi et sententiae suae dicere. Utilitatis causa amicitia est quaesita. Num igitur utiliore tibi hunc Triarium putas esse posse, quam si tua sint Puteolis granaria? Collige omnia, quae soletis. Praesidium amicorum. Satis est tibi in te, satis in legibus, satis in mediocribus amicitiiis praesidii; iam contemni non poteris; odium autem et invidiam facile vitabis; ad eas enim res ab Epicuro praecepta dantur. Et tamen tantis vectigalibus ad liberalitatem utens etiam sine hac Pyladea amicitia multorum te benevolentia praeclare tuebere et munies. At 85 quicum ioca seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse non importuna, quid ad utilitatem tantae pecuniae? Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse praestantius; sin emolumento, summas familiaritates praediorum fructuosorum mercede superari. Me igitur ipsum ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus.

Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. Perfecto 27

*gratis*] Hand II, 756, Nr. 7.

*An vero*] „oder ist es in der That etc.“ pro Mil. 12, 33: An vero, iudices, vos soli ignoratis cet. Hand I, 348, Nr. 8.

*insulae*] Häuser, die an ärmere Leute vermietet wurden und somit Zins eintrugen. ad Att. XV, 17, 1.

84. *Puteolis granaria*] Puteoli an der campanischen Küste war einer der bedeutendsten Stapelplätze namentlich für den Getreidehandel, so dass sich dort jedenfalls viele und grosse Speicher oder Kornböden befanden. ad Att. V, 2, 2: emporium Puteolanorum.

*vectigalia*] von Privateinkünften. de off. II, 25, 88. ad Att. XII, 19, 1. Parad. VI, 3, 49.

85. *ioca seria*] „Leid u. Freud.“ Sall. Jug. 96, 3: ioca atque seria cum humillimis agere.

*Cap. XXVII.* Wie nun bei der epicureischen Lehre weder Tugend noch Freundschaft bestehen könne, so liege es auch nicht in der Macht des Weisen stets glücklich zu sein, wenn die *voluptas* das höchste Gut sei, und der Weise müsse doch glücklich und zwar fortdauernd glücklich sein. Die *voluptas* könne nämlich verloren gehen, ihr Besitz

enim et concluso neque virtutibus neque amicitii usquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur, nihil praeterea est magno opere dicendum. Ac tamen, ne cui loco non videatur esse responsum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam. Quoniam igitur omnis summa philosophiae ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt, beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contra miseriam omnem in dolore, id primum videamus, beate vivere vestrum quale sit. Atque hoc dabitur, ut opinor, si modo sit aliquid esse beatum, id oportere totum poni in potestate sapientis. Nam si amitti vita beata potest, beata esse non potest. Quis enim confidit semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? Qui autem diffidit perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est ne aliquando amissis illis sit miser. Beatus autem esse in maximarum rerum timore nemo potest, 87 [nemo igitur esse beatus potest; neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata dici solet, nec appellatur omnino vita nisi confecta atque absoluta] nec potest quisquam alias beatus esse, alias miser; qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit. Nam cum suscepta semel est beata vita, tam permanet quam ipsa illa effectrix beatae vitae sapientia neque expectat ultimum tempus aetatis, quod Croeso scribit Herodotus praeceptum a Solone. At enim, quem ad modum tute dicebas, negat Epicurus diurnitatem temporis ad beate vivendum aliquid adferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Haec

hänge vom Zufall ab, und so wäre wenigstens zu befürchten, dass sie aufhöre; wer aber fürchte, wäre nicht glücklich. Auch sei es nicht wahr, dass die *voluptas* durch die Länge der Zeit keinen Zuwachs erhalte.

Perfecto — concluso] Kr. § 500, A. 4.

86. summa philosophiae] vgl. V, 5, 12.

beatum esse] = *vita beata*. „Wenn es ein glückliches Leben wirklich giebt.“

87. [nemo igitur — atque absoluta] hält Unger (Philol. XXI.) sehr richtig für eine Einschlebung eines christlichen Lesers. Es wäre auch

der Schluss „Nemo igitur cet.“ ganz ungerechtfertigt und der Satz „neque appellatur cet.“ steht in directem Widerspruch mit dem Folgenden. Die Worte sind vielleicht aus Tusc. II, 6, 16 entnommen: ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus.

alias — alias] Hand I, 221, Nr. 5.

Herodotus] B. I, c. 32.

tute dicebas] I, 19, 63.

diurnitatem temporis] quidem haben die meisten Codd. eingeschoben, in Cod. G fehlt es jedoch; da nicht abzusehen ist, weshalb das Wort „diurnitatem“ hier besonders hervorgehoben werden soll, ist quidem gestrichen. vgl. O. Heine Philol. XXIV, p. 479.

dicuntur inconstantissime. Cum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore aetatis voluptatem fieri maiorem quam finito atque modico. Qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis; negat enim summo bono adferre incrementum diem; qui autem effici voluptate beatam vitam putabit, qui sibi is conveniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate? Igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quisque miserrimus, voluptatem non optabiliorem diurnitas facit? Quid est igitur cur ita semper deum appellet Epicurus beatum et aeternum? Dempta enim aeternitate nihilo beatior Iuppiter quam Epicurus; uterque enim summo bono fruitur, id est voluptate. At enim hic etiam dolore. At eum nihili facit; ait enim se, si uratur, Quam hoc suave! dicturum. Qua igitur re ab deo 89 vincitur, si aeternitate non vincitur? In qua quid est boni praeter summam voluptatem et eam sempiternam? Quid ergo attinet gloriose loqui, nisi constanter loquere? In voluptate corporis — addam, si vis, animi, dum ea ipsa, ut vultis, sit ex corpore — situm est vivere beate. Quid? istam voluptatem

88. perfectione virtutis] „durch die Vollendung der Tugend“ oder „die vollkommene Tugend“. Cicero hat hier wohl nicht speciell die Stoiker im Sinne, die allerdings nur eine vollkommene Tugend gelten liessen, Parad. III, 1, 21: — nec bono viro meliorem nec temperante temperantiorum nec forti fortiorum nec sapienti sapientiorum posse fieri —. § 22: Una virtus est consentiens cum ratione et perpetua constantia. Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit, nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur. Man kann füglich ergänzen: „Wer, wie ich etc.“

Igitur ne dolorem quidem] sc. dicit crescere longinquitate. vgl. de legg. I, 19, 52: — si propter alias res virtus expetitur, melius esse aliquid quam virtutem necesse est. Pecuniamne igitur an honores an formam an valetudinem?

cur ita semper cet.] ita weist auf die folgenden Adjectiva hin. Aehnlich pro Roscio com. 5, 12: quaero abs te, quid ita de hac pecunia —

tuarum tabularum fide compromissum feceris.

beatum et aeternum] Epicur in dem Briefe an Menöceus schreibt vor: Πρώτον μὲν τὸν θεὸν ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον νομίζων — μηδὲν μῆτε τῆς ἀφθαρσίας ἀλλότριον μῆτε τῆς μακαριότητος ἀνοίκειον αὐτῷ πρόσκειται. Diog. L. X, 123, u. xύφ. δόξ. I. das. § 139 nennt er die Gottheit τὸ μακάριον καὶ ἀφθαρτον.

hic etiam dolore] Zeugma; aus dem vorhergehenden fruitur ist das passende Verbum zu ergänzen, etwa afficitur. ad Att. X, 4, 4: — fortunam — qua illi florentissima, nos duriore conflictati sumus.

ait enim cet.] vgl. Tusc. II, 7, 17. V, 26, 73. Epic. bei Diog. L. X, 118: καὶ σισεβλωθῆ δ' ὁ σοφὸς εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Plut. non posse s. v. 3, 9: Ἐπίκουρος δὲ καὶ γελᾶν ἠρῆσι ταῖς ὑπερβολαῖς τοῦ περὶ τὸ σῶμα νοσήματος πολλὰς κάμνοντα τὸν σοφόν.

89. ut vultis] vgl. I, 17, 55.

p̄rpetuam quis potest praestare sapienti? Nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hae non sunt in potestate sapientis; non enim in ipsa sapientia positum est beatum esse, sed in iis rebus, quas sapientia comparat ad voluptatem. Totum autem id externum est, et quod externum, id in casu est. Ita fit beatae vitae domina fortuna, quam Epicurus ait exiguam intervenire sapienti. Age, inquit, ista parva sunt; sapientem locupletat ipsa natura, cuius divitias Epicurus parabilis esse docuit. Haec bene dicuntur, nec ego repugno, sed inter sese ipsa pugnant. Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis et potionibus, minorem voluptatem percipi quam rebus exquisitissimis ad epulandum. Huic ego, si negaret quicquam interesse ad beate vivendum, quali uteretur victu, concederem, laudarem etiam; verum enim diceret, idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim; sed qui ad voluptatem omnia referens vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso, non audio nec eum quod sentiat dicere existimo. Naturalis divitias dixit parabilis esse, quod parvo esset natura contenta. Certe, nisi volu-

in casu est] vgl. III, 9, 32: quae sunt in effectu.

quam Epicurus cet.] vgl. I, 19, 63. Cap. XXVIII — XXXI, 99.

Wenn nun auch zugegeben würde, dass die Natur selbst den Weisen reich mache, und dass die höchste voluptas durch die einfachsten Mittel erzielt werden könne, wie es denn mit dem Schmerz wäre, als dem höchsten Uebel, der als solches ein glückliches Leben stören müsse. Denn die Mittel, die Epicur gegen denselben angäbe, wären nichtig; vielmehr gäbe nur eine tugendhafte, edle Gesinnung die Kraft, den Schmerz zu ertragen, wie das aus dem Briefe des Epicur an den Hermarchus und andern Beispielen hervorginge.

90. Epicurus — docuit] vgl. I, 13, 46.

tenuissimo victu cet.] Epic. ep. ad Men. Diog. L. X, 130: οτι το μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστι, τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον· οἱ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτη τὴν

ἡδονὴν προσφέρουσιν, διὰν ἔπιαν τὸ ἀλγὸν καὶ ἔνδειαν ἐξαιρεθῆ· καὶ μάλα καὶ ἴσως τὴν ἀποδιδῶσιν ἀποδιδῶσιν ἡδονὴν, ἐπειδὴν ἔνδειαν τὰς αὐτὰ προσενέχεται. Stob. Floril. 17, 23, 34.

Socratem cet.] Porphy. de abstin. 3, 26: ὁ μὲν γὰρ (Σωκράτης) ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν. vgl. Xen. Mem. I, 3, 5, 6, 5.

Gallonius] c. 8, 24.

Frugi ille Piso] L. Calpurnius L. F. L. N. Piso Frugi, 149 Volkstribun, Gegner des C. Gracchus, 133 Consul, 120 Censor; öfters von Cicero gerühmt, von grosser Sittenstrenge, Verfasser von Annalen. vgl. Tusc. III, 8, 17 f. pr. Font. 13, 29. Frugi eigentl. Dat. wie frugi ferendae aptus, dann übertragen „tüchtig, wacker“. Hor. epp. I, 16, 49: sum bonus et frugi; auch mit einem Adj. ad Att. IV, 8, 3: homo — satis enim acutus et permolestus ac bonae frugi.

non audio] vgl. c. 32, 105: audirem.

ptatem tanti aestimaretis. Non minor, inquit, voluptas percipitur ex vilissimis rebus quam ex pretiosissimis. Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. Qui enim voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere se acipenserem maenae non antepone; cui vero in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda, eaque dicenda optima, quae sint suavissima. Verum esto; consequatur summas voluptates non modo parvo, sed per me nihilo, si potest; sit voluptas non minor in nasturcio illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quam in Syracusanis mensis, quae a Platone graviter vituperantur; sit, inquam, tam facilis, quam vultis, comparatio voluptatis; quid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt, ut in iis beata vita, si modo dolor summum malum est, esse non possit. Ipse enim Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis: *Cum corpus bene constitutum sit et sit exploratum ita futurum.* An id exploratum cuiquam potest esse, quo modo se hoc habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum? Dolor igitur, id est summum malum, metuetur semper, etiam si non aderit; iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio neglegendi doloris. Iam id ipsum absurdum, maximum malum neglegi; sed quae tandem ista ratio est? Maximus dolor, inquit, brevis est. Primum quid tu dicis breve? Deinde dolorem quem maximum? Quid enim? Summus dolor plures dies manere non potest? Vide ne etiam menses! nisi forte eum dicis, qui simul atque adripuit interficit. Quis istum dolorem timet? Illum malle levares, quo optimum atque humanissimum virum, Cn. Octavium, Marci filium, familiarem meum, confici vidi, nec vero semel nec ad breve tempus, sed et saepe et plane diu. Quos ille, di immortales! cum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perfererat! Nec tamen miser esse, quia summum id

91. cor non habere cet.] vgl. c. 8, 24.

92. nasturcio] κάρδαμον. Xen. Cyr. I, 2, 8. vgl. Tusc. V, 34, 99.

Plato] ep. VII. p. 326, b. c. vgl. Tusc. V, 35, 100.

Metrodorus] Clem. Alex. Strom. II, 22, § 131: Ὁ τε Μετρόδωρος ἐν τῷ περὶ τοῦ μελλοῦσα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων ἀγα-

θὸν, φησὶ, ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατὰσθημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα; vgl. Plat. non posse s. v. c. 4 Ende. Tusc. II, 6, 17. V, 9, 27.

93. Maximus dolor cet.] I, 12, 40.

Cn. Octavius] Cons. 76. vgl. Brut. 60, 217. 62, 222. Sallust. hist. lib. 3, 83 (Kritz): homo mitis et captus pedibus.

ardere] vgl. V, 31, 94.



malum non erat, tantum modo laboriosus videbatur. At miser, si in flagitiosa atque vitiosa vita adflueret voluptatibus. Quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem esse dicitis, id non intellego quale sit. Video enim et magnos et eosdem bene longinquos dolores, quorum alia toleratio est verior, qua uti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis. Fortitudinis quaedam praecepta sunt ac paene leges, quae effeminari virum vetant in dolore. Quam ob rem turpe putandum est, non dico dolere — nam id quidem interdum est necesse —, sed saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare,

quod evulatu, quaestu, gemitu, fremitibus  
resonando mutum flebilis voces refert.

Huic Epicurus praecentet, si potest, cui

viperino morsu venae viscerum  
veneno imbutae taetros cruciatus cient!

Sic Epicurus: *Philocteta! si gravis dolor, brevis.* At iam decimum annum in spelunca iacet! *Si longus, levis; dat enim intervalia et relaxat.* Primum non saepe, deinde quae est ista relaxatio, cum et praeteriti doloris memoria recens est et futuri atque impendentis torquet timor? Moriatur, inquit. Fortasse id optimum, sed ubi illud: *Plus semper voluptatis?* Si enim ita est, vide ne facinus facias, cum mori suadeas. Potius ergo illa dicantur, turpe esse, viri non esse debilitari dolore, frangi, succumbere. Nam ista vestra: *Si gravis, brevis; si longus, levis,* dictata sunt. Virtutis, magnitudinis animi, patientiae, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet.

94. *saxum illud Lemnium*] Ueber Philoctets Leiden und Zurücklassung auf Lemnos Ilias II, 718 ff. Der Stoff ist vielfach von den Tragikern behandelt, die folgenden Verse sind wahrscheinlich aus dem Philoctet des Attius. vgl. Tusc. II, 14, 33.

*Huic Epicurus praecentet*] die Stelle ist jedenfalls verdorben; das zweifelhafte *praecentet* (Cod. A hat nur „Epicurus et (si zweifelhaft) *potest cui viperino*) wird erklärt: Epicur solle seinen Spruch gleichsam wie eine Zauberformel hersagen, und dazu verglichen Varro bei Nonius p. 494: ut faciant pleraeque, ut adhibeant praecantrices, nec medico ostendunt. Tibell I, 5, 12:

carmine cum magico praecinuisset anus. Es stimmt dazu wohl der Ausdruck: „fortitudinis quaedam praecepta sunt“, vgl. Hor. epp. I, 1, 36: sunt certa piacula cet.

*cui viperino*] dass Tusc. II, 7, 19, wo dieselben Verse citirt sind, „cum e viperino“ steht, ist kein Beweis gegen die beste Handschrift A, dass Cicero auch hier so geschrieben haben sollte.

*si gravis dolor, brevis*] Die Handschriften A u. B haben unpassend: „brevis dolor levis“.

95. *Moriatur*] vgl. I, 15, 49.

*plus s. voluptatis*] vgl. I, 19, 62. *dictata sunt*] de nat. deor. I, 26, 72: Ista enim a vobis quasi dictata

Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus, ut intellegas facta eius cum dictis discrepare. *Epicurus Hermarcho salutem. Cum ageremus, inquit, vitae beatum et eundem supremum diem, scribebamus haec. Tanti aderant vesicae et torminum morbi, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.* Miserum hominem! Si dolor summum malum est, dici aliter non potest. Sed audiamus ipsum: *Compensabatur, inquit, tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum. Sed tu, ut dignum est tua erga me et philosophiam voluntate ab adolescentulo suscepta, fac ut Metrodori tueare liberos.* Non ego iam Epaminondae, non Leonidae mortem huius morti antepono, quorum alter cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam atque ipse gravi vulnere exanimari se videret, ut primum dispexit, quaesivit salvusne esset clipeus? Cum salvum esse flentes sui respondissent, rogavit essentne fusi hostes? Cum id quoque, ut cupiebat, audivisset, evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam. Ita multo sanguine profuso in laetitia et victoria est mortuus. Leonidas autem, rex Lacedaemoniorum, se in Thermopylis trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Praeclaras mortes sunt imperatoriae, philosophi autem in suis lectulis plerumque moriuntur; refert tamen, quo modo. *Beatus* sibi videtur esse moriens. Magna

redduntur. Hor. epp. I, 18, 13: Ut puerum saevo credas dictata magistro reddere; u. I, 1, 55.

*fomenta*] Tusc. II, 24, 59: Haec sunt solacia, haec fomenta summorum dolorum.

96. *Epicurus Hermarcho*] Diog. L. X, 22 führt die Worte an, aber mit der Einleitung: *Ἡδὴ δὲ τελευταίων γράφει πρὸς Ἰδομενεῦ τῆρδε ἐπιστολὴν. Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευταίαν ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί. στραγγουρία τε παρηκολούθει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. ἀνιπαρετάτατο δὲ πᾶσι τοῖτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γενομένων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου παραστάσεως*

*πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν ἐπιμελοῦ τῶν παιδῶν Μητροδώρου.* Vielleicht war der Brief an mehrere Schüler des Epicur zugleich gerichtet; Athen. XIII, 53 werden Briefe des Epicur an Hermarchus erwähnt, der später die Leitung der Schule übernahm. — Vgl. Tusc. V, 31, 88. Seneca epp. VII, 4, 47. XIV, 4, 25.

97. *Epaminondas*] Nepos Epam. c. 9.

*disperit*] „die Augen aufschlag, öffnete“, vgl. V, 15, 41; u. IV, 23, 64 von Thieren, denen erst nach einiger Zeit die Augen aufgehen.

*Leonidas*] Herodot 7, 219 ff.

*refert*] „es kommt darauf an“.

*Beatus*] fehlt in allen Handschriften; Verbesserung Madvig; sonst stimmen die Worte mit den besten

laus. *Compensabatur, inquit, cum summis doloribus laetitia.*  
 98 Audio equidem philosophi vocem, Epicure; sed quid tibi dicen-  
 dum sit oblitus es. Primum enim, si vera sunt ea, quorum  
 recordatione te gaudere dicis, hoc est, si vera sunt tua scripta  
 et inventa, gaudere non potes. Nihil enim iam habes, quod  
 ad corpus referas; est autem a te semper dictum nec gaudere  
 quemquam nisi propter corpus nec dolere. *Praeteritis, inquit,*  
*gaudeo.* Quibusnam praeteritis? Si ad corpus pertinentibus,  
 rationes tuas te video compensare cum istis doloribus, non  
 memoriam corpore perceptarum voluptatum; sin autem ad ani-  
 31 99 mum, falsum est quod negas animi ullum esse gaudium, quod  
 non referatur ad corpus. Cur deinde Metrodori liberos com-  
 mendas? Quid *in* isto egregio tuo officio et tanta fide — sic  
 enim existimo — ad corpus refers? Huc et illuc, Torquate,  
 vos versetis licet, nihil in hac praeclara epistula scriptum ab  
 Epicuro congruens et conveniens decretis eius reperietis. Ita  
 redarguitur ipse a se vincunturque scripta eius probitate ipsius  
 ac moribus. Nam ista commendatio puerorum, memoria et  
 caritas amicitiae, summorum officiorum in extremo spiritu con-  
 servatio indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non  
 invitam voluptatibus nec praemiorum mercedibus evocatum.  
 Quod enim testimonium maius quaerimus, quae honesta et  
 recta sint ipsa esse optabilia per sese, cum videamus tanta  
 officia morientis?

100 Sed, ut epistulam laudandam arbitror eam, quam modo  
 totidem fere verbis interpretatus sum, quanquam ea cum  
 summa eius philosophiae nullo modo congruebat, sic eiusdem  
 testamentum non solum a philosophi gravitate, sed etiam ab  
 ipsius sententia iudico discrepare. Scripsit enim et multis  
 saepe verbis et breviter apteque in eo libro, quem mode nomi-

Codd. überein, nur dass B u. E *videbatur* haben, was am Sinne nichts ändert.

99. *vincunturque*] mit allen Handschriften. Zusammengezogener Ausdruck wie bei Vergleichen für: „vincuntur scripta eius ab ipso probitate“. vgl. de rep. VI, 16, 16: Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Vgl. zum Gedanken oben c. 25, 81: facere melius quam dicere.

Cap. XXXI, 100—103. Epicurus Testameat wird getadelt; für den-

jenigen, der im Tode ein gänzlich Aufhören des Daseins sähe, passe es nicht, sorgfältig für sein Andenken und die Feier seines Geburtstages Anordnungen zu treffen.

100. *summa eius philosophiae*] so Baiter; vgl. § 86. Cod. A *philosophia*, B *philosophia*.

*apteque*] nach Cod. A „kurz und bündig“ (nicht „passend“), vgl. de or. II, 13, 56: Thucydides — verbis aptus et pressus; *aperte* kann Cic. unmöglich geschrieben haben, vgl. *elegantius*.

navi, mortem nihil ad nos pertinere; quod enim dissolutum sit, id esse sine sensu, quod autem sine sensu sit, id nihil ad nos pertinere omnino. Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit; nam quod ita positum est, quod dissolutum sit, id esse sine sensu, id eius modi est, ut non satis plane dicat, quid sit dissolutum; sed tamen intellego, quid velit. Quaero autem, quid sit quod, cum dissolutione, id est morte, sensus omnis exstinguatur et cum reliqui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos, tam accurate tamque diligenter caveat et sanciat, ut *Amynomachus et Timocrates, heredes sui, de Her- marchi sententia dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione itemque omnibus mensibus vicesimo die lunae dent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori memoria colatur.* Haec ego non possum dicere non esse hominis quamvis et belli et humani, sapientis vero nullo modo, physici praesertim, quem se ille esse vult, putare ullum esse cuiusquam diem natalem. Quid? idemne potest esse dies saepius, qui semel fuit? Certe non potest. An eiusdem modi? Ne id quidem, nisi multa annorum intercesserint milia, ut omnium siderum eodem, unde profecta sint, fiat ad unum tempus reversio. Nullus est igitur cuiusquam dies natalis. At habetur! Et ego id scilicet nesciebam! Sed ut sit, etiamne post mortem coletur? idque testamento cavebit is, qui nobis quasi oraculum ediderit nihil ad nos pertinere post mortem? Haec non erant eius, qui innumerabilis mundos infinitasque regiones, quarum

*in eo libro, quem cet.]* c. 7, 20 waren die *ζῴοιαι δόξαι* erwähnt, es ist der zweite Satz derselben, Diog. L. X, 139. s. zu I, 12, 40. Ueber den Tadel dieses Schlusses vgl. Gell. noct. Att. II, 8 und die Auseinandersetzung Madvigs.

*elegantius*] „richtiger“, „correcter“. Cornif. ad Her. IV, 12, 17: *Elegantia est, quae facit, ut unum quodque pure et aperte dici videatur.* Cic. de or. III, 10, 39. Brut. 75, 261.

101. *caveat et sanciat*] in seinem Testamente Diog. L. X, 18. *Ἐκ δὲ τῶν γινομένων προσόδων τῶν δεδομένων ἀφ' ἡμῶν Ἀμονομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατὸν μεριξέσθωσαν μεθ' Ἐρμάρχου σκοπούμενοι εἰς τε τὰ ἐναγίσματα*

*τῷ τε πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἡμῖν εἰς τὴν εἰδισμένην ἀγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν ἐκάστου ἔτους τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος, ὥστε καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἐκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμπιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου μνήμην κατατεταγμένην.*

102. *ullum*] irgend ein anderer, als der Tag, an dem er geboren wird, so auch nachher *nullus*, kein weiterer, fernerer; einen Geburtstag im Sinne des Epicur, der ihn wiederholt feiern lassen will.

*ad unum tempus reversio*] über diese Vorstellung vgl. de nat. deor. II, 20, 51 f.

103 nulla esset ora, nulla extremas, mente peragravisset. Num quid tale Democritus? Ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum secutus est. Quod si dies notandus fuit, eumne potius, quo natus, an eum, quo sapiens factus est? Non potuit, inquit, fieri sapiens, nisi natus esset. Isto modo ne si avia quidem eius nata non esset. Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis. Quos quidem dies quem ad modum agatis et in quantam hominum facietorum urbanitatem incurritis, non dico; nihil opus est litibus; tantum dico, magis fuisse vestrum, agere Epicuri diem natalem, quam illius, testamento cavere ut ageretur.

32 Sed ut ad propositum revertamur — de dolore enim cum 104 diceremus, ad istam epistulam delati sumus —, nunc totum illud concludi sic licet: qui in summo malo est, is tum, cum in eo est, non est beatus; sapiens autem semper beatus est et est aliquando in dolore: non est igitur summum malum dolor. Iam illud quale tandem est, bona praeterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere? Primum in nostrae est potestate quid meminimus? Themistocles quidem, cum ei Simonides an quis alius artem memoriae polliceretur, *Oblivione*

*mente peragravisset*] vgl. Lucr. I, 72 ff.: extra Processit longe flammantia moenia mundi Atque omne immensum peragravit mente animoque; von Epicur; schwerlich hat Cic. diese Stelle vor Augen gehabt, obgleich er die Gedichte des Lucrez kannte, wie aus der bekannten Stelle ad Q. fr. II, 11, 4 hervorgeht; es waren wohl von den Anhängern häufig solche Ausdrücke gebraucht. Diese ganze Auseinandersetzung trägt auch das Gepräge einer griechischen Sophisterei, die Cicero fast nur inserierte.

*Quod si dies — eumne potius*] Cic. fährt mit dem Acc. „eumne“ fort, als wäre eine Construction wie „si notandum fuit“ mit abhängigem Accus. *diem*, wie sie im griech. Original leicht stehen konnte (*ἐπιταχθέν ἢ ἡμέραν*), vorhergegangen.

Cap. XXXII—XXXIII, 108. Cic. widerlegt noch, was von Torquatus

über die Erinnerung an die Vergangenheit und darüber gesagt ist, dass die geistigen Freuden und Leiden aus den körperlichen entsprängen, wenn gleich jene grösser wären als diese.

104. *Themistocles*] Diese Anekdote wird noch erwähnt Acad. II, 1, 2. de or. II, 74, 299. 86, 351. Des Th. Gedächtniss vgl. Cat. m. 7, 21. *Simonides*] aus Julius, auf Ceos geb. 559, gest. 469 v. Chr., berühmt als Dichter u. mit allen Grössen der damaligen Zeit in Verbindung; er wird auch als Erfinder der Mnemonik genannt s. de or. a. O. Quint. XI, 2, 11.

*an quis alius*] „oder vielleicht“, vgl. Hand I, p. 300f. Kr. § 520 A. 5. ad fam. VII, 9, 3: Cn. Octavius est an Cn. Cornelius quidam. — In der Stelle de or. II, 74, 299 nennt C. auch den Simonides gar nicht sondern sagt nur „quidam doctus homo atque in primis eruditus“.

*vionis*, inquit, mallem; nam memini etiam quae nolo, oblivisci non possum quae volo. Magno hic ingenio, sed res se tamen sic habet, ut nimis imperiosi philosophi sit vetare meminisse. Vide ne ista sint Manliana vestra aut maiora etiam, si imperes quod facere non possim. Quid, si etiam iucunda memoria est praeteritorum malorum? ut proverbialiter non nulla veriora sint quam vestra dogmata. Vulgo enim dicitur: *iucundi acti labores*, nec male Euripides; concludam, si potero, Latine, Graecum enim hunc versum nostis omnes:

*Suavis laborum est praeteritorum memoria.*

Sed ad bona praeterita redeamus. Quae si a vobis talia dicerentur, qualibus Gaius Marius uti poterat, ut expulsus, egens, in palude demersus, tropaeorum recordatione levaret dolorem suum, audire et plane probarem; nec enim absolvi beata vita sapientis neque ad exitum perducere poterit, si prima quaeque bene ab eo consulta atque facta ipsius oblivione obruentur. Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio vitam beatam facit, et quidem corpore perceptarum. Nam si quae sunt aliae, falsum est omnis animi voluptates esse e corporis societate. Corporis autem voluptas si etiam praeterita delectat, non intellego, cur Aristoteles Sardanapalli epigramma tanto opere derideat,

105. *Manliana vestra*] vgl. I, 7, 23. II, 19, 60. Die *imperia Manliana* waren sprüchwörtlich, vgl. Liv. IV, 29, 6. VIII, 7, 22.

*iucunda memoria* cet.] vgl. Odys. XII, 212: *καὶ ποὺ τῶνδε μνησθεσθαι ὄλω*, Virg. Aen. I, 203: forsitan et haec olim meminisse iuvabit.

*dogmata*] Acad. II, 9, 27: (Sapientia) quae neque de se ipsa dubitare debet neque de suis decretis, quae philosophi vocant *δόγματα*.

*concludam*] vgl. Hor. Sat. I, 4, 40: neque enim concludere versum dixeris esse satis. I, 10, 59: si quis pedibus quid claudere senis cet.

*Suavis* cet.] Aus der Andromeda. *Ἄλλ' ἤδ' ἂν τοι σωθέντια μεινῆσθαι πρόρον*.

*Gaius Marius — palude demersus*] in den Sümpfen von Minturnä. vgl. pr. Sest. 22, 50. in Pis. 19, 43. Mommsen Röm. G. II. S. 260f.

Cic. De finibus.

*audirem*] vgl. c. 28, 90.

*prima quaeque*] „wenn immer Alles gleich — in Vergessenheit versinkt“ vgl. RH, § 204. A. 362.

106. *Aristoteles*] Die Schrift des Arist., in der er hierüber sprach, ist uns nicht erhalten. Die Grabschrift des Sardanapal findet sich in 6 Hexametern griechisch übersetzt Strabo XIV, 5; zwei Verse lateinisch von Cicero Tusc. V, 35, 101: Haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido hausit, at illa iacent multa et praeclara relicta. (*Ταῦτ' ἔχω, ὄσο' ἔφαγον καὶ ἐθύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος Τέρον' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται*.) Jenen Versen fügt Cic. dann hinzu: „Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis non in regis sepulcro inscriberes? haec habere se mortuum dicit, quae ne vivus quidem diutius habebat quam fruebatur.“

in quo ille rex Syriae gloriatur omnis se secum libidinum voluptates abstulisse. *Quod enim ne vivis quidem, inquit, diutius sentire poterat quam dum fruebatur, quo modo id potuit mortuo permanere?* Fluit igitur voluptas corporis et prima quaeque avolat saepiusque relinquit causam paenitendi quam recordandi. Itaque beator Africanus cum patria illo modo loquens.

*Desine Roma tuos hostis* - - -  
reliquaque praeclare:

*Namque tibi monumenta mei peperere labores.*

Laboribus hic praeteritis gaudet, tu iubes voluptatibus; et hic se ad ea revocat, e quibus nihil unquam rettulerit ad corpus, tu totus haeres in corpore.

83  
107 Illud autem ipsum qui obtineri potest, quod dicitis omnis animi et voluptates et dolores ad corporis voluptates ac dolores pertinere? Nihilne te delectat unquam — video, quicum loquar —, te igitur, Torquate, ipsum per se nihil delectat? Omitto dignitatem, honestatem, speciem ipsam virtutum, de quibus ante dictum est, haec leviora ponam: poema, orationem cum aut scribis aut legis, cum omnium factorum, cum regionum conquiris historiam; signum, tabula, locus amoenus, ludi, venatio, villa Luculli — nam si tuam dicerem, latebram ha-

*namque tibi monumenta*] so mit den Codd. A. B. E., nur dass B. *monumenta* hat; *monimentum* ist aber eine tadellose Form der besten Zeit; so die Codd. c. 35, 116. Vgl. Brambach d. Neugestaltung d. lat. Orthogr. p. 108 u. 119. Die Umänderung in *munimenta* oder *moimenta*, welche dann auch nöthigt gegen die Codd. nur *nam* zu setzen, ist offenbar hervorgerufen durch die natürliche Ergänzung eines Verbums „fürchten“ oder dergl. bei dem vorhergehenden „*Desine Roma tuos hostes* —“, es ist aber gar nicht gesagt, dass die beiden Verse so eng zusammenhängen, vielmehr hat gewiss bei Ennius mehr dazwischen gestanden als ein Paar Worte, denn sonst wäre der erste Vers wohl ausgeschrieben. *Monimenta* sind Trophäen, Denkmale seiner Siege, vgl. in Pis. 38, 92: in Macedonia tropaea posuit; eaque,

quae bellicae laudis victoriaeque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt cet. u. ö. u. es ist gewiss hier eben so passend, wenn Cicero eine Stelle anführt, in der Ennius den Scipio sich auf die Denkmale seiner oder der Römer Siege berufen lässt. Auch wenn man in der Stelle de or. III, 42, 167: die folgenden Worte „*Testes sunt campi Magni*“ mit dieser Stelle in Verbindung bringen will, so passt die Lesart der Handschriften nur um so besser. — Es ist übrigens P. Corn. Scipio Africanus maior.

107. *historiam*] vgl. I, 7, 25. Die Aenderung der Construction geht wohl erst mit *signum* an, weshalb auch eine grössere Interpunction als ein Komma am Platze sein dürfte. Ueber diese Art des Anacoluths Kr. § 672, b).

*villa Luculli*] Der Reichthum des Lucullus war fast sprüchwörtlich,

beres; ad corpus diceres pertinere —, sed ea, quae dixi, ad corpusne refers, an est aliquid, quod te sua sponte delectet? Aut pertinacissimus fueris, si perstiteris ad corpus ea, quae dixi, referre, aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaveris. Quod vero a te disputatum est, maiores esse voluptates et dolores animi quam corporis, quia trium temporum particeps animus sit, corpore autem praesentia solum sentiantur, qui id probari potest, ut is, qui propter me aliquid gaudeat, plus quam ego ipse gaudeat? [Animo voluptas oritur propter voluptatem corporis, et maior est animi voluptas quam corporis; ita fit ut gratulator laetior sit quam is, cui gratulatur.] Sed, dum efficere vultis beatum sapientem, cum maximas animo voluptates percipiat omnibusque partibus maiores quam corpore, quid occurrat non videtis; animi enim dolores quoque percipiet omnibus partibus maiores quam corporis. Ita miser sit aliquando necesse est is, quem vos beatum semper vultis esse, nec vero id, dum omnia ad voluptatem doloremque referetis, efficietis unquam.

Qua re aliud aliquod, Torquate, hominis summum bonum reperiendum est; voluptatem bestiis concedamus, quibus vos de summo bono testibus uti soletis. Quid? si etiam bestiae multa faciunt, duce sua quaeque natura, partim indulenter

über seine Villa bei Tusculum vgl. de legg. III, 13, 30.

*perstiteris*] dies Verbum findet sich mit folg. Infin. bei C. nicht. Aehnlich jedoch *instat poscere*, Verr. III, 59, 136.

108. *quia trium temporum cet.*] vgl. I, 17, 55.

*ut — gaudeat*] „dass sich der mehr freuen soll“: s. zu c. 3, 6. Vgl. Tusc. III, 3, 5: Qui vero probari potest, ut sibi mederi animus non possit cet.

[*Animo* cet.] Die eingeklammerten Worte sind schon von Bremi für eine Einschlebung erkannt; es ist eine müssige Wiederholung; *gratulator* kommt sonst nirgends vor.

*occurrat*] vgl. I, 6, 19: cum illud occurreret.

Cap. XXXIII, 109—Ende. Schluss. Für die Menschen müsse es ein anderes höchstes Gut geben als die *voluptas*; selbst bei Thieren fände

man edlere Regungen als Triebfedern. Man könne nicht annehmen, dass der Weise, dass so viele grosse Männer um eines solchen Zweckes willen, so grosse Anstrengungen machten. Das ganze Leben würde in Verwirrung gebracht und alle Tugend hörte auf, wenn der epikureische Satz Geltung haben sollte.

109. *quibus — testibus*] vgl. I, 21, 71.

*indulenter*] „mit Hingebung.“ Die Ungefügigkeit der Stelle dürfte so ziemlich beseitigt sein, wenn „*ut in gignendo, in educando*“ als Beispiele nimmt, wozu auch das Asyndeton gut passt, u. dann noch ein *ut* (das nach dem vorhergehenden *ut* leicht aus Versehen ausgelassen sein kann) einschleibt, von dem *appareat* abhängig ist; das Fehlen von *esse* ist etwas hart. Zur Sache vgl. III, 19, 62. de nat. deor. II, 51, 129 u. zu § 110 vgl. das. c. 48, 125.

vel cum labore, ut in gignendo, in educando, ut per facile adpareat aliud quiddam iis propositum, non voluptatem; partim cursu et peragratione laetantur; congregatione aliae coetum quodam modo civitatis imitantur. Videmus in quodam volucrum genere non nulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam; in multis etiam desideria videmus. Ergo in bestiis erunt secreta a voluptate humanarum quaedam simulacra virtutum, in ipsis hominibus virtus nisi voluptatis causa nulla erit? et homini, qui ceteris animantibus plurimum praestat, praecipui a natura nihil datum esse dicemus? Nos vero, si quidem in voluptate sunt omnia, longe multumque superamur a bestiis, quibus ipsa terra fundit ex sese pastus varios atque abundantis nihil laborantibus, nobis autem aut vix aut ne vix quidem suppetunt multo labore quaerentibus. Nec tamen ullo modo summum pecudis bonum et hominis idem mihi videri potest. Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis, quid tanto concursu honestissimorum studiorum, tanto virtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem nisi ad voluptatem conquiruntur? Ut, si Xerxes, cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulavisset, terram navigavisset, si, cum tanto impetu in Graeciam venisset, causam quis ex eo quaereret tantarum copiarum tantique belli, mel se auferre ex Hymetto voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus, sic nos sapientem plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum et ornatum non, ut illum, maria pedibus pergran-

111. *suppetunt*] aus dem vorhergehenden *pastus* ist offenbar ein allgemeinerer Begriff wie „Bedürfnisse“ zu entnehmen, wenn auch Luer. VI, 1125 *hominum pastus* sagt.

112. *Xerxes*] Herodot VII, 21 ff.

*Athone*] Kr. § 204, 3.

*maria ambulavisset, terram navigavisset*] sowohl die durchaus poetische Construction als das Asyndeton passen ganz zu der Schilderung eines Unternehmens, das so recht in seiner wunderbaren Grösse hervorgehoben werden soll. Ueber die Construction RH. § 386, 2 u. A. 559. Kr. § 306 A. 1. Virg. Aen. I, 67: *Gens inimica mihi Tyrreum*

*navigat aequor*. III, 194: *vastumque cava trabe currimus aequor*. Bei Cicero dem Griech. nachgebildet de off. III, 10, 42: *Scite Chrysippus, ut multa; Qui stadium, inquit, currit cet.* Die den Handschriften entsprechenden Worte sind ausgezeichnet gerechtfertigt v. Iw. Müller II. S. 16 f., der auch anführt Lycophron Cassandra 1414: *ἀλλ' ἀντὶ πάντων Περώως ἕνα σποράς Στελεῖ γλυκία, τῷ θάλασσα μὲν βαιῆ Πέλω ποι' ἔσται, γῆ δὲ ναυθλωθήσεια Ῥήσοοντι πηδοῖς χέρον.*

*ex Hymetto*] Der attische Honig überhaupt, namentlich aber der von dem Berge Hymettos war berühmt.

tem, classibus montes, sed omne caelum totamque cum universo mari terram mente complexum, voluptatem petere si dicemus, mellis causa dicemus tanta molitum. Ad altiora quaedam et magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati sumus, nec id ex animi solum partibus, in quibus inest memoria rerum innumerabilium, in te quidem infinita, inest coniectura consequentium non multum a divinatione differens, inest moderator cupiditatis pudor, inest ad humanam societatem iustitiae fida custodia, inest in perpetendis laboribus adeundisque periculis firma et stabilis doloris mortisque contemptio; ergo haec in animis; tu autem etiam membra ipsa sensusque considera, qui tibi, ut reliquae corporis partes, non comites solum virtutum, sed ministri etiam videbuntur. Quod si in ipso corpore multa voluptati praeponenda sunt, ut vires, valetudo, velocitas, pulchritudo, quid tandem in animis censes? in quibus doctissimi illi veteres inesse quiddam caeleste et divinum putaverunt. Quod si esset in voluptate summum bonum, ut dicitis, optabile esset maxima in voluptate nullo intervallo interiecto dies noctesque versari, cum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi moverentur. Quis est autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in genere isto voluptatis? Cyrenaici quidem non recusant, vestri haec verecundius, illi fortasse constantius. Sed lustremus animo non has maximas artis, quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur, sed quaero num existimes, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidian, Polyclitum, Zeuxim ad voluptatem artis suas direxisse? Ergo opifex plus sibi proponet ad formarum quam civis excellens ad factorum pulchritudinem? Quae autem est alia causa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod is, qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque

113. *ad altiora* cet.] vgl. I, 7, 23. V, 8, 21.

*nec id ex animi solum partibus*] regelrecht wäre nachher *sed etiam ex corporis membris intellegi potest* zu schreiben gewesen, da die Periode aber zu lang geworden wäre, ist mit *ergo haec in animis* das Frühere zusammengefasst u. in veränderter Construction fortgeföhren.

*in te q. infinita*] Brut. 76, 265

wird dem Torquatus *divina memoria* zugeschrieben.

*reliquae corporis partes*] sind hier im Gegensatz zu *membra* (Gliedermassen) die inneren Theile, wenn gleich III, 5, 18 beides unter den Ausdruck *membra id est partes corporis* zusammengefasst wird.

115. *Sed lustremus* — *non has* cet.] Diesem Vordersatz hätte eigentlich folgen sollen „*sed eas, quas Phidias etc.*“

consilium, sed cum cupiditate, id est cum animi levissima parte, deliberat? Quaero enim de te, si sunt dii, ut vos etiam putatis, qui possint esse beati, cum voluptates corpore percipere non possint, aut si sine eo genere voluptatis beati sunt, cur similem animi usum in sapiente esse nolitis? Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agesilai, non Aristidi aut Themistocli, non Philippi aut Alexandri; lege nostrorum hominum, lege vestrae familiae; neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur. Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam: VNVM HVNC PLVRIMAE CONSENTIVNT GENTES POPVLI PRIMARIVM FVISSE VIRVM. Idne consensisse de Calatino plurimas gentis arbitramur, primum fuisse populi, quod praestantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus? Ergo in iis adolescentibus bonam spem esse dicemus et magnam indolem, quos suis commodis inservituros et quicquid ipsis expediat facturos arbitramur? Nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium consequatur, quanta confusio? Tollitur beneficium, tollitur gratia, quae sunt vincla concordiae. Nec enim, cum tua causa cui commodas, beneficium illud habendum est, sed faeneratio, nec gratia debere videtur ei, qui sua causa commodaverit. Maximas vero virtutes iacere omnis necesse est voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimae, quae, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem non est facile defendere. Ac, ne plura complectar — sunt enim innumerabilia —, bene laudata virtus voluptatis aditus intercludat necesse est; quod iam a me expectare noli; tute introspecte in mentem tuam ipse eamque omni cogitatione pertractans percontare ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfruens in ea, quam saepe usurpabas, tranquillitate degere omnem aetatem sine dolore, adsumpto etiam illo, quod vos quidem adiungere soletis, sed fieri non

116. *ad portam*] sc. *Capenam*, wo viele Grabmäler berühmter Männer waren, vgl. *Tusc. I, 7, 13*. Ähnlich die aufgefundene Grabschrift des L. Scipio Barbatus: HONC QVINO PLOVRVME COSENTIVNT R. . . , DVONORO OPTVMO FVISE VIRO. Mommsen *Corp. inscr. lat. I, nr. 32*.

117. *Calatinus*] *A. Attilius*, ausgezeichnet während des ersten puni-

schen Krieges, Consul 258 u. 254. Dictator 249. Vgl. auch *Cat. m. 17, 61. de nat. deor. II, 66, 165*.

*natura — valeat*] gleich *sua vi atque natura*.

118. *quid vos — non potest*] aus dem *Accus. quod* ist das Subject für *fieri non potest* zu entnehmen. Vgl. *III, 13, 33. de or. I, 36, 165: desiderare, quae neque ego teneo,*

potest, sine doloris metu, an cum de omnibus gentibus optime mererere, cum opem indigentibus salutemque ferres, vel Herculis perpeti aerumnas. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos tristissimo tamen verbo aerumnas etiam in deo nominaverunt. Exigerem ex te cogereque ut responderes, nisi vererem ne Herculem ipsum ea, quae pro salute gentium summo labore gessisset, voluptatis causa gessisse diceres.

Quae cum dixissem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos ista referam, et, quanquam aliquid ipse poteram, tamen invenire malo paratiores.

Familiares nostros, credo, Sironem dicis et Philodemum, cum optimos viros, tum homines doctissimos.

Recte, inquit, intellegis.

Age sane, inquam, sed erat aequius Triarium aliquid de dissensione nostra iudicare.

Eiuro, inquit adridens, iniquum, hac quidem de re; tu enim ista lenius, hic Stoicorum more nos vexat.

Tum Triarius, posthac quidem, inquit, audacius; nam haec ipsa mihi erunt in promptu, quae modo audiui, nec ante adgrediar quam te ab istis, quos dicis, instructum videro.

Quae cum essent dicta, finem fecimus et ambulandi et disputandi.

ut ii, qui docent, neque sunt eius generis cet.

119. *Syro*] oder *Syro* geschrieben, soll der Lehrer des Virgil gewesen sein; Cicero erwähnt ihn *Acad. II, 33, 106. ad fam. VI, 11, 2* als Freund.

*Philodemus*] aus Gadara in Cölesyrien, epic. Philosoph u. Dichter;

einige seiner Werke sind in Herculaneum aufgefunden. Erwähnt in *Pis. 28, 68. 29, 70*.

*eiuro*] oder *eiero* von der Ablehnung eines Richters, der jurist. Sprache entnommen. *de or. II, 80, 285: Cum ei M. Flaccus — P. Mucium iudicem tulisset, Eiero, inquit, iniquus est.*

19, 63: maximasque ab eo] maximasque [ab eo] B. b. — Das. disserendum viam] disserendum vim M. — 19, 64: ab eadem illa constituto] ab eodem illo constituto B. M. — 20, 69: si equos, si ludicra, si exercendi — consuetudines] si equos ludicra exercendi — consuetudine B. b. si equos, si ludicra exercendi — consuetudine M. — 20, 70: ne minus quidem amicos] ne minus amicos B. b. M. — Das. saepe evenisse videmus] saepe † enim videmus B. M. saepe evenire videmus b. —

## STELLEN,

in welchen wesentliche Abweichungen von den Ausgaben von Baiter und Halm (B) Baiter und Kaiser (b) und Madvig ed. II. (M) vorkommen.

Buch I. 1, 3: fruendum etiam sapientia est.] sed fruenda etiam est. B. b. M. — 2, 4: dicat? [Latinas litteras oderit] dicat, Latinas litteras oderit? B. b. M. — 2, 5: verum — tamen] diese Worte sind auch dem Licinius zugetheilt, bei B. b. M. nicht. — 3, 7: sicut alias] sicut alia. B. b. M. — 3, 10: non mirari non queo] mirari non queo. B. b. mirari satis non queo. M. — 4, 11: tribuit] tribuat M. — 5, 17: Democrito adicit perpauca [mutans] Democritea dicit perpauca mutans. B. b. M. — 6, 19: [itaque attulit rem commentitiam] mit † u. ohne Klammer B. b. ohne alle Bezeichnung im Text M. — 6, 20: geometriam] geometrica B. b. M. — 6, 23. Confirmat] ohne vorher eine Lücke anzunehmen, wie M. eine solche annimmt. b? — 6, 24: Quid? Torquatus] Quid? T. Torquatus M. — 6, 25: \*) neque vestri] neque Metrodorus. B. b. M. — 8, 26: nec ipsa ea] nec ea ipsa. B. b. M. — 8, 27: iracundiae, contentiones] iracundae contentiones. b. M. — Das. in disputando] in krit. Klammern b. — 9, 30: (sentiri — confirmare) ohne Parenthese B. b. M. — Das. haec putat] hoc putat M. haec [putat] b. — Das. oporteret] oportere B. b. M. — Das. indicari] indicari b. — 11, 37: dictum sit] dictum est. B. b. M. — 11, 38] medium videtur] medium videretur B. b. M. — Das. omni dolore carere] cum omni dolore careret B. M. — Das. omni autem priv. doloris] omnis B. b. M. — 12, 42: [res] referuntur omnes] res referuntur o. B. b. M. — 14, 47: quod est indicatum] quod sit indicatum M. B. der jedoch in der Anm. „est“ vermuthet. — 16, 50: semper facit fidem cum] semper aliquid \*\* cum B. M. semper aliquid adfert cum b. — Das. Quem ad modum temeritas] Et quem ad modum t. B. b. M. — Das. improbitas cuius] improbitas si cuius B. b. M. — Das. tum index] tum iudex M. — 16, 51: ac potius inflammat] sed potius i. B. b. potiusque infl. M. — 17, 55: doleamus animo, cum corpore] doleamus, cum corpore B. b. doleamus [animo], cum corpore M. — 18, 59: nemo igitur est non miser] nemo igitur stultus non miser b. — 18, 61: monstrosi] morosi b. —

\*) In diesem § hat b einen offenkundigen Druckfehler „recte et honesta“ für „recta et honesta“. Ebenso scheint das. § 37 nur durch einen Druckfehler in den Worten „dolore, ipsa liberatione“ das Wort „ipsa“ ausgefallen zu sein. § 55 hat B in den Worten „quod idem licet“ durch einen Druckfehler „item“.

Buch II. 3, 8: hilaretur] titillaretur b. — 3, 10: quae faciat varietatem] qui faciat var. B. b. M. — 4, 12: Epicurei esse voluerunt] voluerint M. — Das. qui philosophus futurus sit] philosophus qui futurus sit B. b. qui futurus sit philosophus M. — 4, 13: primum idem esse dico] pr. idem [esse] dico b. M. — 7, 21: plane dicit, quod intellegit] p. d. quod intellegam B. b. — 8, 23: χουσιδων] † hirsizon B. b. M. — Das. cui nihil] cui nil B. b. — 8, 25: ille porro male, prave] ille porro prave B. b. ille porro [male] prave M. — 11, 34: His omnibus, quos dixi, coniuncti] \*\*\* His omnibus, quos dixi, consequentes B. b. M. — 11, 35: [vel Epicuri] ohne krit. Klammern B. b. M. — 12, 37: Ratam igitur pronuntiabit] Aequam ig. pr. B. b. M. — 13, 43: Quae cum Aristoni — visa sint] Quae quod A. — visa sunt B. b. M. — 15, 48: velint, qui honestate] velint ii, qui h. M. — Das. omnia referantur] omnia referant b. — 15, 50: negat posse vivere] negat posse se vivere B. b. M. — 16, 52: excitaret sui, si videretur. Cur] excitaret sui. Cur M. — 16, 53: animi conscientia] cum animi consc. b. — 16, 54: Tubulus statim] Tubulus est statim. b. — 17, 54: alterius improbo facto] alterius improbo facto. M. — 19, 61: malo enim dicere] malo enim ita dicere. B. b. — Das. cum se devoveret et] cum [se devoveret et] b. cum se devoverat M. — Das. Ubi [ut] eam caperet] Ubi ut eam caperet B. b. M. — 20, 63: eius generis] cuiusvis generis b. — 20, 65: voluntarius] voluptarius B. b. M. — 21, 68: cum disseras] cum disseris b. — 22, 71: celare poterit] cel. potuerit B. — Das. [quod certissimum est]] quod † certissimum est B. b. M. — 22, 73: impunitate aut licentia] impunitate ac lic. b. — 23, 75: cui addi nihil] quo addi nihil B. b. — 24, 78: nihil redeat] nihil redundet M. — Das. etsi videris, non potes] nisi videris, non prodest B. b. nisi eris, non potes M. — 24, 79: Siculo fecit tyranno] [Siculo fecit tyranno] b. — Das. non recusares] non precarere B. b. M. — 26, 82: quod, cum sine ea] quod si sine ea b. — Das. multimodis] multis modis M. — 27, 87: [nemo igitur — atque absoluta] ohne krit. Klammern B. b. M. — Das. diuturnitatem temporis] diuturnitatem quidem temp. B. b. M. — 29, 94: cui viperino] cum E viperino B. b. cui E viperino M. — Das. Philocteta! si gravis dolor, brevis.] Philocteta! Brevis dolor. M. — 30, 98: quid in isto egr.] quid ex isto egr. M. — 31, 99: vincunturque] convincunturque B. b. M. — 31, 100: apteque] aperteque B. b. M. — 32, 106: Namque tibi monumenta] Nam tibi moenimenta B. b. M. — 33, 109: in educando, ut perfacile] in educando perfacile B. b. M. — 34, 112: maria ambulavisset, terram navigavisset] mari ambulavisset, terra navigavisset b. — 35, 118: aerumnas etiam in deo] [aerumnas] etiam in deo b. — 35, 119: Exigerem] Elicerem M. (Coniectur B. in d. Anm.)

